Sufficit enim præſens recta ratio, tanquam lex in civitate, & ad ea quæ fiunt ſecundum ſe & præter ſe diffinienda, & ad probanda quidem alia, alia autem coercenda. Nec opus eſt quicquam malorum principio; ſive intus lateat, ſive foris male agendi cauſam præbeat: ſed bonorum autore primo maxime, atque ſolo, eoque à rationis participibus ſubſtantiis ſeparato, Deo videlicet; recta deinde ratione, quæ illis ineſt, & quæ ſubſtantiæ attactu moderetur. Sic ſe habet igitur malorum diſtinctio: ex quibus non ea quæ ſunt voluntaria, DIVINAE FORTUNAE arbitrio hominibus diſtribui ſignificat; verum calamitoſa & affligentia, non jam in noſtra poteſtate poſita, ſed dudum peccata voluntaria ſecuta; quæ DOLORE quidem afficiunt, ut diximus, ſed à virtute ornatum accipiunt. Nam & paupertatem exornat victus ratio temperans: & generis humilitatem erigit prudentia. Liberorum denique amiſſionem fert juſtus moderate; iſtaque poteſt uſurpare; Obiit filius: Nonne redditus? Et, Sciebam me genuiſſe mortalem. Similiter vero & reliqua omnia, cum ſunt virtutis pulchritudine cincta, fiunt pulchriora. Deinceps quærat oratio, quænam ſint DIVINA INFORTUNIA quibus

ἀρκεῖ γὰρ παρὼν ὁ ὀρθὸς λόγος, ὥσπερ νόμος
ἐν πόλει, τάττ κατ' αὐτὸν πραττόμενα, καὶ τὰ
παρ' αὐτὸν διοείζειν, καὶ τὰ μὲν ἀποδέχεσθαι,
τὰ δὲ σωφρονίζειν. καὶ ἀρξὲν δεῖ κακῶν ἀρχῆς,
ἔτ' ἐνυποκειμένης, ἔτ' ἔξωθεν κακοποιὸν αἰ-
τίαν ἐνδιδόσης· ἀγαθῶν δὲ δεῖ ἀρχῆς μάλι-
στα καὶ μόνης, καὶ τῆς μὲν κεχωρισμένης τῶν
λογικῶν ὄντων, οἵός ἐστιν ὁ θεός· τῶν δὲ ἐνυπ-
αρχόντων αὐτοῖς, καὶ τῇ κατ' οὐσίαν ἐπαφῇ
κυβερνώσης, οἷός ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος. τοιαύτη
μὲν ἡ τῶν κακῶν διάκρισις, ὧν ἃ τὰ προαιρε-
τικὰ φύσιν ἐκ τῆς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ
ΤΥΧΗΣ τοῖς ἀνθρώποις ὑποτέμεσθαι·
ἅμα δὲ τὰ ἀπείραπτα, ἃ νῦν ἐν τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν
κεῖται, πάλαι δὲ προαιρετικῆς ἁμαρτίας ἐπ-
ηκολούθησεν, ΑΛΓΕΙΝΑ μὲν ὄντα, ὡς ἔ-
φαμεν, τὰ δὲ πρὸς τὰ ἀρετῆς κόσμου ὑποδε-
χόμενα. καὶ γὰρ πενίαν ἐκόσμησε σώφρων δίαι-
τα· καὶ ταπεινότητα γένους ἐπανωρθώσατο φρό-
νησις· καὶ παίδων ὑποβολὴν τροφὸς ἤνεγκεν
ὁ δίκαιος βίος· ὁ δωκάμενος εἰπεῖν, Τέθνηκε
τὸ παιδίον· οὐκ ἦν ἀπεδόθη; καὶ, Ἦδη θνητὸν
γεγονικώς. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα
πρὸς τὰ ἀρετῆς κάλλη πεφυκότα, γίνεται
εὐχερέστερα. ἐξῆς δὲ ζητεῖ ὁ λόγος πῶς
ΑΙ ΔΑΙΜΟΝΙΑΙ ΤΥΧΑΙ,

καὶ

καθ' ἃς ὁι βέλτιοι ἐκλὸς δυχρείας ἔχουσιν. εἰ μὲ περιγιγνόμενος ἡ θεία κρίσις δίδωσι τῷ δὲ μὲ πλέον, ἑτέρῳ ὃ πενίαν, ΔΑΙΜΟΝΙΑΝ ἔδοξε ταύτῃ προαίρεσιν κληθῆν, καὶ μὴ ΤΥΧΗΝ. εἰ δὲ μηδὲν ἐπισατεῖ ἡ δύσ τοιούτων λέξεων, ἀλλ' ὡς ἔτυχε, καὶ αὐτομάτως συμπίπτει, τὸ μὲ εὐτυχὲς εἶναι, ὥς φασι, τὸν δὲ δυσχερῆ ΤΥΧΗΝ * μᾶλλον ἔδοξε κληθῆν ταύτῃ, καὶ μὴ ΔΑΙΜΟΝΙΑΝ ΤΥΧΗΝ. εἰ δὲ πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ τὰ προσήκοντα ἀπονέμῃ ὁ ὑπερκόσμιος θεὸς, καὶ τὸς μὲ εὖ τοιούσδε ἡμᾶς οὐκ ἔστιν αἴτιος· τῶν δὲ τὰς ἀμοιβὰς ἀπολαῦσαι καὶ τὸς θεσμὸς τῆς δίκης μόνον ἐστὶ τοῦτο· εἰκότως σωφρόνως εἶπε ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ τὰς τῆς κρίσεως ὑποφήτεις· εἰ μὲ θεῖον καὶ νοερὸν ὄν τὸ κριτήριον, ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ καὶ ὑπερκοσμίως αὐτὸς προσηγόρευε· εἰ δ' οἰκεία προαιρέσει κακύνεται τὸ κρινόμενον, καὶ διὰ τοῦτο γίνεται δυσχερῶν τούτων ἄξιον, προσθεὶς τὸ ΤΥΧΑΣ, ὅτι μὲ περιγιγνόμενος τύτου δὲ τινὰ κολάζεται, ἢ τιμῶνται πρόκειται παρὰ θεῶ, ἀλλ' αἰεὶ τὸ τοιόνδε ἢ τοιόνδε γινόμενον ἕκαστος ἔχει τὰ αὐτῶν ἐν ἡμῖν κείμενος, τὸ μὲν εὖ ὑπερκοσμίαν τὴν μετέχας προαιρέσεως καὶ τὸ ἐκείνε κρίσεως, ΤΥΧΗΝ ὑποχρεωθῆν, ὥσε εἶναι τὸ ὅλον τοῦτο

ΔΑΙ-

* χρ' μόιον

quibus homines externis moleſtiis afficiuntur. Si quidem per ſe alteri quidem divitias, alteri autem paupertatem divinum judicium tribuit: DIVINAM voluntatem nominari iſtud oportuit, non INFORTUNIUM. Sin autem nihil hujuſmodi nominibus imperat; ſed fortuito & temere accidit ut felix iſte ſit, ſicuti dicunt, ille autem infelix: INFORTUNIUM vocare tantummodo iſtud oportuit, non DIVINUM INFORTUNIUM. Sin porro Deus arbiter unicuique tribuit quod meritis convenit; neque in cauſa eſt, ut tales ipſi ſimus; ſed eo fine tantum juſtitiam poſſidet, ut ex præſcripto ipſius geſtis paria referat: non immerito conjunctis nominibus judicii decreta DIVINA INFORTUNIA nuncupat; ſive (quia divinũ ſit judicium atque intelligens) præponendum putarit quod DIVINITATEM atque ſcientiã demonſtret; ſive etiam (quod ſponte malitiam idipſum amplectatur, de quo agitur, unde etiã calamitatibus iſtis dignum eſt) INFORTUNIORUM nomẽ adjecerit, tanquam non exprofeſſo certum hominem vel ſupplicio vel præmio afficere Deus ſtatuat; ſed cum ſemper, qui iſto ſe atque illo modo geſſerit; cujus rei cauſa non ſit extra nos inveſtiganda. Itaque voluntatis noſtræ divinique judicii nexum INFORTUNIUM parere; nihilque aliud totum hoc

DIVI-

DIVINUM exſiſtere INFORTUNIUM, quam Dei adverſus peccata calculum. Atque ita artificioſa vocabulorum inventione Dei curam, animique libertatem atque immortalitatem ſimul inducere; neque fato aut providentia fieri penitus, neque rurſus fortuito & caſu; neque etjam in eodem inſtituto vitam totam nobis contineri: ſed quæcunque poteſtate noſtra peccamus, ea ad voluntatem referri; quæcunque autem ſcelera ſequuntur ſecundum juſtitiæ leges, fatum exſiſtere; quæ vero bona à Deo potiſſimum mittuntur, providentiæ adſignari: nihil denique eorum quæ ſunt ad temerariam atque fortuitam cauſam referre, immo nec eorum quidquam quæ fiunt; niſi ex eventu, atque nexu eorum quæ providentia & fatum, ipſaque voluntas per ſe operantur, primis efficientibus cauſis accedat quod fortuitum nominatur. Exempli gratia: Vult judex in eum animadvertere qui cædem perpetravit, & non in huncce hominem: ſed eum etiam ſupplicio afficit quem nolebat, quoniam homicidæ locum atque conditionem ſibi aſſumpſit. Et eſt quidem judici ex inſtituto in homicidam lata ſententia; ex eventu autem in huncce hominem, qui ſpõte perſonã homicidæ ſubivit. Et rursũ;

cædem

ΔΑΙΜΟΝΙΑΝ ΤΥΧΗΝ, τὴ ἐπὶ τοῖς ἡμιθεμμύοις θείαν φῆφον· καὶ ζωοποιάγει ἅπω τὴ τῶ ὀνομάτων τεχνικὴν ἄρεσιν τὴν τὴ θείαν ὀπτασίαν, καὶ τὸ αὐτεξούσιον τὴ ψυχῆς, καὶ ἀθάνατον· καὶ μήτε καθ' εἱμαρμένην, ἢ πρόνοιαν παντελῶς γίνεσθαι, μήτε ὡς ἔτυχε, καὶ ἀπὸ ταυτομάτου, μήτε κατὰ τὸ αὐτὸ προαιρετέον ἡμῖν τὸ βίον τίθεσθαι πάντα. ἀλλ' ὅσα μὲν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἁμαρτάνουσι, ταῦτα εἰς προαίρεσιν ἀναφέρειν· ὅσα δὲ ἐπὶ τοῖς ἡμιθεμμύοις κατὰ τὸ δίκης ἔπος νόμους, εἱμαρμένην· τὰ δὲ προηγουμένως ἀφ' ἁ θεοῦ ἀνιδιδόμενα ἀγαθὰ, εἰς πρόνοιαν· εἰς δὲ τὸ εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀδὲν τῶν ὄντων ἀναφέρειν πρὸ αἰτίαν· ἀλλὰ δὲ τῶ γινομένων, ἃ μὴ ἄνευ κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ κατ' ἐμπλοκὴν ἢ ἀπὸ προνοίας, καὶ εἱμαρμένης, καὶ προαιρέσεως προηγουμένως ἐνεργουμένοις ἐπακολουθήσει τὸ ὡς ἔτυχε τοῖς προλαβοῦσι αἰτίοις. οἷον φέρε, Ὁ δικαστὴς τὴ φονέα κολάζειν βάλεται, καὶ ἀ τόνδε τὴ ἄνθρωπον· κολάζει δὲ καὶ τοῦτον, ὃν ἂν ἐβάλετο, ὅταν αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς τὴ τῶ φονέως ἀναμάξει τάξιν. καὶ γίνεται προηγουμένη μὲν ἡ κατὰ τῶ φονέως αὐτῷ φῆφος· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἡ κατὰ τῶδε τῶ ἀνθρώπου, ὃς ἐπὶ χὼν ὑπέδυ τὸ τῆ φονέως πρόσωπον. καὶ πάλιν.

Ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος φονεῦσαι μὲν ἐβούλετο, διὰ τοῦτο δὲ ἐποίησε τὸν νόμον· ὃς ἐπὶ τούτῳ δίκας οὐκ ἤθελεν. ὥστε καὶ ἐπὶ τούτου γίνεσθαι περιγραφὴν μὴ φονικὴν διάθεσιν, ὡς ἀπὸ τῆς αὐτεξουσίου τῆς ψυχῆς ἠρτημένην· καὶ συμβεβηκὸς ἂν ἀκολουθεῖν τὰς ἐπὶ ταύτῃ πρεσβώσεις, καὶ κακίας. τούτων δὲ πάντων αἴτιος ὁ νόμος ὁ καὶ τῷ δικαστῇ τὴν προαίρεσιν τοῦ κολάζειν τοὺς φαύλους ἀνεθείς, καὶ τῷ φονεῖ τὴν μισοπονηρὸν ψῆφον ἐπάγων. ταυτὸ δή μοι καὶ ἐπὶ τῆς θείας οὐσίας λογίζου· τῆς προαιρέσεως ἀνθρωπίνης δρᾶται κακὰ βουληθείσης, καὶ προαιρέσεως νομοφυλάκων δικαστῶν ἐπανορθοῦσθαι τὰ κακὰ πάσῃ μηχανῇ πειρωμένης, τὴν σωφρονοῦσαν ΔΑΙΜΟΝΙΑΝ ΤΥΧΗΝ ἀποτελεῖν, καθ' ἣν ὁ τὰ τοιάδε εἰργασμένος τοιῶνδε γίνεται ἄξιος πημάτων· τοῦ μὲν προηρεῖσθαι τὰ φαῦλα εἰς τὸ αὐτεξούσιον κειμένου τοῦ αἰτίου ἀναφέροντος· τοῦ ἑπομένου τῇ ἀξίᾳ πημάτος εἰς τοὺς κειμένων νομοφυλακικὴν ἐπισκήπτων. τούτων δὲ συναγωγὰ ἐστὶ νόμον τὸν ἀγαθὸν μὲν εἶναι καὶ δικάσιμον, φαῦλον δὲ μηδὲν εἶναι διατεταγμένον. ἐπεὶ γὰρ περὶ φεσὼς ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἀγαθότητι οὐκ ἐᾷ ἀναδύνεσθαι τοὺς κακούς, ἵνα μὴ ἐμμένον τὸ κακὸν εἰς ἀναισθησίαν παντελῆ ἧῃ ἀγαθῶν ἐλάσῃ, ὧν τιμὴ ἀναγκαίαν ὑπομένουσιν

Cædem facere ſceleratus volebat quidem, ſed pœnas hoc dare nomine minime. Itaque & in ipſo prius exſtitit homicidii quidem inſtitutum, tanquam ab animi libertate dependens; ſed inde poſtea contigit ut tormenta etiam atque moleſtiæ ſubſequerentur: quorum omnium lex ipſa cauſa eſt, quæ judici voluntatem improbos atque homicidas damnandi plectendique ſuggeſſit. Idem plane mihi in divina natura etiam ipſe conſidera. nempe, cum voluntas humana quæ mala ſunt cupit admittere; eorum autem animus, quibus ſervandarum legum cura eſt, in ſcelera animadvertere toto conatu nititur; ex eo concurſu DIVINUM creari INFORTUNIUM: cujus ratione qui talia admiſit pari animadverſione dignus efficitur: altero quidem judicationis cauſam ad arbitrii libertatem, quæ vitioſa prætulerit, referente; altero vero ad legalis diſciplinæ rationem, quæ mulctæ gravitatem in damnatis ſequitur. Amborum autem conciliatricem legem ipſam exſiſtere, quæ bona quidem ut ſint omnia (quantum poteſt) ſtatuit, mali autem nihil. Hæc enim cum ante in Dei bonitate ſubſiſtat, non ſinit inultos eſſe malos: ne, ſi immoretur malitia, boni penitus oblivionem inducat; cujus neceſſariam recordationem

eorum juſtitia, in quorum tutela leges ipſæ ſunt,omnibus ſuppeditat. Eodem igitur lex ipſa eos cõpellit,uti dictũ eſt,& qui judices agunt,& qui malorũ ſenſu coercendi ſunt; ut ex utriſque peculiare bonum cõficiat. Si enim eſt pœnas dare,quam nõ dare,utilius; ſique, ut vitiorum coerceat immenſitatem damno pœna afficit:certũ eſt legẽ,ut juvet atque juvetur, duo iſta genera tradere: ipſumque quod judicat, tãquam legis curam habeat, alteri præpoſuiſſe; quod autem ita natura comparatũ eſt ut peccet,atque judicetur, id ipſum,tãquam ab eo fiat legis violatio, præſtantiori tradere,ut in ipſum animadvertat pro meriti ratione;quo tandem per ea quæ patitur, in legis cogitationem atque recordationem deveniat. Quam enim male agendo mortales denegant; eandem appetunt cum injuriam patiuntur. Verbi gratia; Cupit Deum non eſſe qui facit injuriam, ut vindictam, quæ veluti Tantali ſaxum ſemper imminet, minime patiatur. At eundem vult eſſe qui injuria afficitur, ut ejus auxilio adverſus ea quæ patitur potiatur. Oportet igitur eos qui injuriam inferunt,injuriæ calamitatem experiri;ut quod in inferenda,avaritiæ morbo occæcati,non viderant,id ipſum patiendo addiſcant, detrimenti moleſtia edocti; ſiquidem recte multam ſubeant. Sin autem protervitate improbitatem tueantur adhuc,

minus

ἢ τῷ τὴν νομοφυλάκων δίκην χρῆσθαι. σωφρονεῖ ὃν ὁ νόμος, ὡς εἴρηται, τοὺς πεφυκότας κεῖνεν, καὶ τοὺς πεφυκότας κακοῦνεσθαι, δι' ἀμφοτέρων τὸ οἰκεῖον ἀφορίζόμενος ἀγαθόν. εἰ δὲ τὸ δίδόναι δίκην, ἢ μὴ διδόναι ἐστὶ λυσιτελέστερον, καὶ πρὸς ζωφρονισμὸν τῆς ἀμελείας τὴν κακῶν ἡ δίκη βλάπτει· δῆλον ὅτι πρὸς τὸ ὠφελεῖν καὶ ὠφελεῖσθαι, δίδωσιν ὁ νόμος τὰ δύο ταῦτα γένη· τὸ μὲ κειρικὸν, ὡς νομοφυλακικὸν, ἢ ἕτερα πρὸ λάξας· τὸ δὲ ἀδικλάνειν, καὶ κείνεσθαι πεφυκὸς, ὡς παρανομητικὸν, τῷ ἀμείνονι παραδὺς γένει, καὶ τὰ ἀξίαν αὐτὸ μεταχειρίζεσθαι, ὅπως ἀν εἰς ἀνάμνησιν καὶ ἔννοιαν ἔλθῃ πρὸς τὸν νόμον, δι' ὃν πάσχει κακῶς. Ὃν γὰρ ἐν τῷ πρέπειν κακῶς ἀπηρνῆτο, τοῦτον ἐν τῷ πάσχειν κακῶς ἐπιποθοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. οἷον, ὁ ἀδικῶν ἐβλήθη εἰς θεὸν, ἵνα μὴ τὸ δίδόναι δίκην, ὡσπερεί πινα ταντάλου λίθον ἐπικρεμάμενον ἔχῃ· ὁ δὲ ἀδικούμενος βλήθη εἰς θεὸν, ἵν' ὀπαδεύσας, ὧν πέπονθε, τύχῃ. διὸ τοὺς ἀδικοῦντας εἰς τὸ ἀδικεῖσθαι πρέπειν δεῖ, ἵν' ὃ μὴ ἔβλεπον ἐν τῷ δρᾶν, τοῦτο τῆς πλεονεξίας πάθει μεδύοντες, ἐν τῷ πάσχειν μεταμάθωσι τῷ τῆς ἐλαττώσεως ἀνιαρῷ παιδευόμενοι, εἴ γε καλῶς ὑπέχοιεν δίκας. εἰ δὲ τῇ ἐταμότητι τῆς προαιρέσεως ἔτι κακωθείησαν,

αὐτοὶ μὲν ἴσως ἥπιον ὠφελῆνται· τὸ δὲ διεξοδικώτερον τοῖς εὖ φρονοῦσι, καὶ αἰδοίνεσθαι δυναμένοις τὰς αἰτίας τῶν τοιούτων παθῶν. ταύτας τ' εἰσιοῦσι ῥηχὰς κυκλωτάτας ὑποδεχόμεθα τὴν ἀγαθότητα τοῦ θεοῦ, τ' ἀπὸ ταύτης νόμον τ' ὀνησιφόρον ἡμῖν παραγομένων ὀρθὸν λόγον, καὶ ὥσπερ τινὰ ἔνοικον θεὸν πλημμελούμενον· ὑποτέλεσμα δ' τῆς κλίσεως, Τ Α Α Λ Γ Ε Α, ὡς φησι, ταῦτα, ὅσα λεπτότερον ἡμῖν ποιεῖ τ' βίον τ' περὶ ζωμάτ', καὶ τὰ ἐκτὸς λύμας· ἃ δὲ ΟΥΚ Π Ρ Α Ω Σ Φ Ε Ρ Ε Ι Ν ὁ παρὼν εἰσηγεῖται λόγος ἐνθυμουμένους τὰς αἰτίας αὐτῶν, καὶ ὅσων οἴονται σπουδαίων ὀρέγεσθαι, καὶ μεταδιώκοντας εἰς ὠφέλειαν τὰ δοκοῦντα βλαβερά· μάλιστα μὲν τ' θείων ἀγαθῶν ἑαυτοὺς ἀξίους παρέχεσθαι διὰ τῆς ἀκροτάτης ἀρετῆς. εἰ δέ τις τούτων ἔτι ὢν ὀρέξεται, τῶν γοῦν πολιτικῶν ἀγαθῶν διὰ τ' μέσης ἀρετῆς τυγχανέτω. τοῦτο γὰρ ἦν, ὅτερος τὸ παλαιὸν κομψῶς τὰ Α Λ Γ Ε Ι Ν Α, καὶ Ι Α Σ Θ Α Ι αὐτὰ ὀνομάζομεν. τίς ἂν ἡ ἴασις, ἢ τὰ προειρημένα πάντα, ἀφ' ὧν καὶ ἡ ἐυλόγιστος τῶν ἀλγεινῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος ὑποδείκνυται; κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων ὅτι ὁ θεὸς νομοθέτης ὢν ἅμα καὶ δικαστὴς, πάθεται

minus quidem ipſi fortaſſe proficiunt; ſed exemplo ſuo eos, proculdubio, qui ſapiunt, quique ejuſmodi morborum cauſas noſſe queunt, erudiunt. Eſſe autem iſta judicii principia maxime propria, Dei bonitatem arbitramur, & legem ab eadem manantem; rectam præterea rationem, quæ in nobis eſt, inique violatam, atque, veluti domeſticum Deum aliquem, injuria affectam, & impie habitam: judicii autem eventum, ANGORES, ut inquit, iſtos, quotquot aſperiorem nobis vitam corporis moleſtiis, atque externis efficiunt; quas ferre leniter verſus admonet, & ad eorum cauſas advertere diligenter, eaſque, quantum poſſumus, amputare, & quæ noxia videntur in uſum noſtrum atque utilitatem tranſferre; maxime vero cœleſtibus bonis per ſummam virtutem dignos nos exhibere. Sin autem quis iſta nondum appetit; vel ſaltem civilia bona virtutis ope conſequatur. Hoc enim ipſum fuit, quo nos ad DOLORES recte PERFERENDOS atque SANANDOS hortatus eſt. Quænam igitur alia fuerit MEDELA, præter illa quæ ante dicta ſunt; quibus & dolor ipſe ærumnarum rationi conſentaneus, & ſanandi via demonſtratur? Eſt vero eorum quæ dicta ſunt caput, quod Deus legiſlator ſimul atque judex,

eis favet quæ bona ſunt, perdit autem quæ mala: unde fit, ut malorũ culpa penitus careat. At eos qui ſtudiis volũtariis mali effecti ſunt, rectæq; rationis, quam intus habebãt, obliti; tã quam improbos quidẽ ex legis inſtituto ulciſcitur, quæ mala fieri caveat; tanquã homines autẽ, propter accedentem legis nexũ ad voluntatẽ, quod INFORTUNIUM nominamus. Non enim ſimpliciter hominem, quatenus homo eſt, lex ipſa ulciſcitur; ſed qua ratione malus eſt. Ut autem talis evaderet, cauſam primam habuit in propria volũtate poſitam. Ex quo vero malus effectus eſt, (quod in nobis ſitũ fuit, non autẽ in Deo) tunc pœnis afficitur (quod in voluntate divina, nõ autẽ in nobis eſt poſitum.) Fuerit porro ſcopus legis unus Deo congruus maxime, hominibuſque utilis, ipſa vitiorum amputatio atq; purgatio, admotis quibuſlibet juſtitiæ caſtigationib⁹: ipſaque etiã animi ad prava dilabentis in rectæ rationis viam revocatio. Cum igitur ita ſe lex habeat, eademque ſemper loquatur; nõ quilibet eadem ſemper conſequitur, qui alias aliud, quod compenſatione dignum ſit, admiſerit. Non enim juſtum eſſet iſtud, neque nobis etiam conduceret. Sed parit judicii mutationem rei mutatio, quæ judicatur. Qui enim poſſit, qui ſimilis non eſt, iiſdem dignus haberi? Sunt igitur

AEQUO ANIMO FERENDA

DI-

πίθεϑ᾽ μὲν τὰ ἀγαθὰ, ἀναιρεῖ ϑ᾽ τὰ κακά. διὸ χ᾽ παύτῃ κακῶν ὄζιν ἀναίτιος· τὰς δὲ κακυνϑένϛας αὐτεξυσίους ὁρμαῖς, χ᾽ τ᾽ ὀν αὐτοῖς ὀρϑὸν λόγον ἀμνημονήσαντας, ὡς μὴ κακὰς κολάζῃ καϛὰ τ᾽ νόμον τ᾽ ἀπαγορεύοντα τὰ κακά· ὡς ϑ᾽ ἀνϑρώπυς, τῇ ἐπφσιύσῃ ὀπλοκῇ τῆς νόμυ πρὸς τ᾽ πρφαίρεσιν, ὣν δὴ ΤΥΧΗΝ καλῆμεν. ὁ γὰ ἁπλῶς τὸν ἄνϑρωπον, ἢ ἄνϑρωπος, κολάζῃ ὁ νόμος, ἀλ᾽ ἢ κακός. τῆς ϑ᾽ κακὸν γνέϑζ, τὸν πρώτυ αἰτίαν εἶχεν ἡ πρφαίρεσις. ἐπφδὰν κακὸς γένηται (ὅ ὥρ ὧν ἐφ᾽ ἡμῖν, ἀλ᾽ ἀκ ἐπὶ τῷ θεῷ) τότε δίδωσι δίκας. (ὅ ὥρ ἦν ὀπὶ τῷ θείῳ νόμῳ, ἀλλ᾽ ἀκ ἐφ᾽ ἡμῖν) σκοπὸς ϑ᾽ τ᾽ νόμυ μόνος ἂν εἴη πρέπων τῷ ϑεῷ, χ᾽ ἡμῖν ἐπωφϐὴς, τὸ κόλαμ τ᾽ κακίαν, χ᾽ ἀποκαθάραι τοῖς παντοδαποῖς τ᾽ δίκης σωφρονισμοῖς, καὶ ὅπερ φέλαι τὸν ὑποπεσοῦσαν τῇ πονηρίᾳ ψυχὴν εἰς ἀνάμνησιν τ᾽ ὀρϑῦ λόγυ. χ᾽ ὅπως ἐξῶτος τῆς νόμυ, χ᾽ τὰ αὐτὰ ἀεὶ φϑεγϛομένου, τὴν ἀξίαν ἕκαστος ἄλλοτ᾽ ἄλλυ ποιήσας ὁ τ᾽ αὐτῷ ἀεὶ τυϛχάνει. ὁ γὰ δίκαιον τοῦτό γε, ὁ δὲ ἡμῖν ϛυμφέρον. τὴν δὲ μεταϐολὴν τῆς κείσεως ἡ τῆς κεινομένυ μεταϐολὴ δίδωσι. τὸν γὰ μὴ τοιοῦτον πῶς τῷ αὐτῷ ὄζιν ἀξιοῦν; ΚΑΛΩΣ ΦΕΡΕΙΝ ἔν τὰς

τὰς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ δεῖ, καὶ ΜΗ ΑΓΑΝΑΚΤΕΙΝ δι δόντα δίκλω, καὶ ὅσον ἐπὶ τῇ θείᾳ κείσει καθαιρόμενον διὰ τῶν δοκούντων ἐμποδίων εἰς πρὸς εὐπάθειαν τὴν δὲ βίᾳ. ὁ δ' τοιοῦτος λογισμὸς ΙΑΣΙΣ ΤΕ γίνεται τῶν περιωδυνημένων, καὶ ὅπισθεν πρὸς τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν λόγον ὀρθόν. πῶς γὰρ ὁ κακίας εἰς καρπὸς τὰ ἀλγεινὰ γιγόμενος, ἀ φάξει τὰ εἰς αὐτὰ καταίγυς αὐτὸν αἰτίαν; καὶ εἰ δεῖ χαλεπαίνειν ὧν τοῖς λυπηροῖς, ἑαυτῷ μᾶλλον οἰήσει δεῖν χαλεπαίνειν, ἢ τῷ κωλύοντι τὰ πονηρὰ θεῷ διὰ τὰ ὀργάνων τὰ δίκης, δι' ὧν ἐστι συνεῖναι καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι τῶν θείων νόμων, μηδὲ ἑκόντας κακωθέναι. ἀ γὰρ ὡς ἔτυχε τὰ λγεινὰ τοῖς ἀνθρώποις διανέμει, εἴπερ θεὸς, καὶ δίκης ὅρος πρόκειται ἡμῖν, τὰ ἀξίαν ΜΟΙΡΑΝ ἑφ' ἑκάστοις ἐπάγοντες. διὸ καὶ τὸ ἀ ΠΑΝΤ ΤΟΙΣ ΑΓΑΘΟΙΣ ΤΑ ΑΛΓΕΙΝΑ ξυμπίπειν, εὔλογον. πρῶτον μὲ γὰρ ΟΙΣΟΥΣΙΝ αὐτὰ ΠΡΑΩΣ τῇ εὐαρεσίᾳ τῆς θείας κείσεως, καὶ τῇ τῆς ἀρετῆς προσκλήσει, δι' ἣν προάγεσθαι μὲν τὰ χαλεπὰ γίνεται. καὶ ὕστερος δὲ τῶν λοιπῶν ὁ βίος μηδαμῶς ἐνοχλήσειν ἡμῖν τὰ τοιαῦτα, εἴπερ ἀγαθοῖς γιγομένοις

κτ

DIVINA INFORTUNIA: NEC SI AEGRE FERENDUM qui pœnas luit, qu'que, quantum divino judicio viſum eſt, iis rebus purgatus eſt quæ hujus vitæ oblectationem morari videbantur. Fuerit vero iſthæc ratiocinatio MEDELA quædam eorum quæ ante peccata ſunt, & ad rectam rationem quæ in nobis eſt, converſio. Quo pacto enim qui vitiorum fructus eſſe calamitates arbitratur, non cauſas fugiet quibus ad illas iter eſt? Præterea, ſi in rebus quæ dolorem pariunt, æquum eſt exacerbari, ſibi potius eſſe ſuccenſendum arbitrabitur, quam Deo, qui malitiam juſtitiæ armis repellat, quibus licet divinas leges noſſe, earumque recordari, nec niſi ſponte malis affici. Non enim fortuito calamitates diſtribuuntur hominibus; ſi Deum nobis præeſſe, juſtitiæque fines regere, atque meritam ſingulis SORTEM inferre verum eſt. quo fit, ut quod NON PENITUS BONIS CALAMITATES accidere dixit, veritati conſentaneum ſit. Primum enim iſta FERENT MODERATE judicii divini placito, deinde virtutis adeptione perſuaſi; cujus auxilio leviora fiunt quæ moleſta fuerant. Eſt præterea non vana ſpes vitam noſtram deinceps talibus nequaquam perturbatum iri; ſi quidem bonis effectis ipſa

ipſa ſummæ virtutis adeptione divina bona nobis recondantur, mediæ autem humana. SANABUNTUR præterea & iſta, quantum poterunt, ſi LEVITER FERENDO, ea curandi rationes didicerimus. Qui enim poſſunt ſacris ſupplicationibus pro Dei dignitate uti, qui providentiam atque juſtitiam humana negant intueri; animumque noſtrum immortalitate præditum externa iſta quandoque ſortiri, prout ſe voluntariis motibus dignum præbuerit? Qui enim ad iſta SORTEM præſentem non retulerit, ubi eam MODERATE FERENDI occaſionem queat invenire, ubi etiam MEDENDI artem, dici profecto non queat. Neque enim ſane talibus confeſtim datur acquieſcere, tanquam ſint indifferentia, aut contrariis præſtantiora; quia per ſe ideo fugienda videantur, quod dolorem pariant atque laborem. quæ autem ſunt ejuſmodi non ſolet natura noſtra admittere, tanquam propter ſe amplectenda, niſi certe boni ſit aliquid quod ex doloris moleſtia exſpectetur. Eſt igitur ægre ferre neceſſarium, & tædio multo affici, atque ex ea quam ipſi natura habemus ignoratione dolores amplificari, & pœnas dare nihilominus: maximam autem nobis improbitatem accerſere,

ſi

καλὰ τ' ἀκρετάτῳ ἀρετὴν τὰ θεῖα ἀγαθὰ
ἡμῖν ἀπόκει). καλὰ ὃ τ' μίσην ἔξιν, τὰ ἀν-
θρώπινα. ἕπεται χ' ΙΑΣΟΝΤΑΙ
ΚΑΤΑ ΔΥΝΑΜΙΝ τὰ τοιαῦτα ἐξ
ἀυτῦ τ' ΦΕΡΕΙΝ ΠΡΑΩΣ, τὰς με-
θόδους τῆς θεραπείας αὐτῷ διδασκόμενοι.
πῶς γὰ οἷόντ' τ' ἱεραῖς ἱκετείαις θεοπρεπῶς
χρήσασθαι, μὴ πρόνοιαν χ' δίκλω ἐφορᾶν τὰ
ἀνθρώπινα τιθεμένους, χ' τὴν ψυχὴν ἡμῶν
ἀθάνατον ἂ ἕ τοιούτων ἑκάστ' τυγχάνειν τ'
ἔξωθεν, οἷον αὖ ἑαυτὴν ἀξίαν παρέχοιλο ὀκ
τ' περαιρετικῶν κινημάτων; ὃ γὰ μὴ εἰς ταῦ-
τα ἀναφέρων τ' παροδσαν ΜΟΙΡΑΝ,
πόθεν πα ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ αὐτὴν
τὰς ἀφορμὰς λήψε); πόθεν ὃ τᾶ ΙΑΣΘΑΙ
τ' πάχνλω; ὀκ ἔστιν εἰπεῖν. ἐυαρεστῆσαι μὲ γὰ
αὐτόθεν τοῖς τοιούτοις ὀκ ἔστιν, ὡς ἀδιαφό-
ροις, ἢ ἀμένοσι τ' ἐναντίων, ἐπφδὴ παρ' ἑαυτ'
φδικὰ ἔχ) φαίνε) ἀλγεινὰ ὄντα, χ' ἐπίπονα.
τὰ ὃ τοιαῦτα ὁ περσίεται ἡμῖν ἡ φύσις, ὡς
διὰ ταῦτα αἱρετὰ, εἰ μὴ ἄρα ἀγαθόν τι προσ- * χ'
δοκώμενον εἶη ὂπ' ἦ ἀπαθείᾳ τ' δυχερῶν. δ' ἑαυ-
ἀνάγκη ἂν δυχεραίνῃν, χ' δυαρεσίας ἐμπ- τὰ
πλαῖς, χ' περιπτείνῃν τὰ ἀλγεινὰ ὀκ τ'
περὶ τ' ὐσίαν ἡμῶν ἀγνοίας, χ' ἁδὲν μᾶλλον
διδόναι δίκας· τ' μεζίσην ὃ ἐπικλᾶῖς κακίαν,

ἐὰν

ἐαν ἀπρονόητον τὸ παν, ἢ κακῶς φρονιζόμενον οἰησώμεν. τοῦτο δ' ταυτόν ὄζι τὸ μὴ οἴεσθαι εἶναι θεόν· ἢ ὄντα μὴ προνοεῖν· ἢ προνοοῦντα μὴ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ δίκαιον, ἃ δὴ τ παντοδαπῆς ἀδικίας ἐστὶ συνεκτικώτατα, καὶ πρὸς πᾶσι κακίαν συνωθοῦντα τὸν τοῖς τοιούτοις ἐμμανῶς δοξάσμασιν. ὡς γὰ ἡ εὐσέβεια μήτηρ τ ἀρετ ἀνεφάνη, ὕτω καὶ πάσης κακίας ἡγεμὼν ἡ τ εὐσεβείας ἀποστασις. μόνῳ δ' ἂν ἐξαρήσει τούτων τ ΙΑΣΙΝ ὁ ΠΡΑΩΣ αὐτὰ ΦΕΡΕΙΝ ἐκδιδαγμένος. τοῦτο δ' διὰ φιλοσοφίας μόνης παραγίνε τὰς παντων τ ὄντων ὑσίας ἀκειβῶς ἐπισκοπούσης, καὶ τὰς ἑπομένας τ ὑσίαις αὐτ ἐνεργείας, ὧν εἰρμὸς καὶ συνταξίς ὄζιν ἡ τ ὅλων διοίκησις, ἀφ' ἧς καὶ τὰς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ ὑπονέμεσθαι ἀνάγκη· εἶθ' ὑ τιμὴ ἑκάστῳ ὑπονεμηθεῖσαν ἀξίαν τιμὴν τῶν λεγομένων ΜΟΙΡΑΝ, ἠρτημένων τ τ προνοίας τοῦ θεοῦ, καὶ τ κοσμικῆς ἐυταξίας, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως. εἰ μὴ γὰ εἴη θεῶ πρόνοια, ὐκ ἂν εἴη τάξις ἐν κόσμῳ, λῶ καὶ εἱμαρμένων ἂν εἴη ποιησις. εἰ δ' μὴ ταῦτα εἴη, δίκη, καὶ κείσις τ κακῶν ὐκ ἂν γένοιτο. ἀλλ' ἀδέλιμὴ καὶ ἀποδοχὴ τ ἀγαθῶν. προνοίας δ' ἔσης, καὶ τάξεως, παντας ἔδει τοὺς νῦν γενομένους τ ἴσων ἀγαθῶν

ſi mundum providentia carere, aut male adminiſtrari exiſtimemus. Fuerit vero iſtud idem plane, atque Deum non eſſe putare; vel ſi ſit, minime providere; vel denique ſi provideat, nequaquam bonum & juſtum exſiſtere. quæ certe nullum non iniquitatis genus complectuntur; eumque qui ſe talibus capi patitur opinionibus, ad ſcelera quælibet impellunt. Ut enim virtutum mater eſt pietas in Deos: ſic vitiorum omnium dux ejuſdem contemptus. Horum igitur MEDELAM ſolus invenerit, qui ea FERRE MODERATE didicerit. Id autem Philoſophia una præſtiterit, quæ rerum omnium naturas, & actiones quæ naturas ipſas conſequuntur, exacte noverit: quarum ſeries atque ordo ipſa eſt univerſorum adminiſtratio; à qua DIVINA INFORTUNIA neceſſe eſt diſtribui; nec eſſe aliud mercedem cuique tributam, quam SORTEM, de qua nunc ſermo eſt, quæ à Dei providentia, mundanique ordinis præſtantia, atque hominum voluntate depēdeat. Neque enim ſi non eſſet providentia, ordo ille in mundo exſiſteret, quod fatū poſſit aliquis appellare. nec ſi iſta deeſſent, ulla eſſet mulcta, ullumq; adverſus ſceleratos judicium. Immo nec bonorum præmium, nec cōmendatio. At vero providentia atq; ordine exſiſtentibus, omnes oportebat qui jā naſcuntur eadē bona

SORTIRI,

SORTIRI, ſi nihil à ſeipſis ad inæqualitatẽ cõtuliſſẽt. Sed liquet imparẽ eorũ SORTEM exſiſtere. Apparet igitur obſtare volũtatis noſtræ inæqualitatẽ, quæ providentiæ judicio ſubjecta eſt, quo minꝰ ipſis fiat æqua diſtributio, cũ pro meriti ratione SORTEM cadere neceſſe ſit. Cæterum ne nos cõturbet, quod in brutis quoque animantibus, in plãtis, in his etiã quæ vita deſtituũtur, eandẽ quã in hominibus inæqualitatẽ cernimus. Nõ enim propterea res noſtræ providẽtia nõ regũtur, ſi in illis iſta caſu cõtingãt, vel ſi in eiſdẽ etiã pœna & judiciũ, virtutiſq; & vitii inſit conſideratio; cũ exacte adeo fiant quæ ad nos attinent. Primum enim ita ſe habẽt, quæ anima carent, vti cõmunis materia plãtis, brutiſq; ipſis atq; hominibus. Sũt præterea animalia nõnulla in alimentum data cæteris, atq; hominibus. quo fit, ut cadẽ inter ſe faciant, nõ quod ad eorũ meritũ advertant quæ patiũtur, ſed ut ſuã ipſa vel famẽ placẽt, vel morbũ curẽt; utq; õnino quod ſibi deeſt, undecunq; facere liceat, conſequãtur. quo fit, ut cæteris animalibꝰ indè naſcatur infelicitatis occaſio, quod ea, ſiquibus indigemꝰ, uti ſeſe offerũt, in uſũ noſtrum cõvertimus: felicitatis autẽ cauſa quã habere vidẽtur, noſtra ſit erga ipſa animi propẽſio, atq; affectio. Si igitur ulterius promovens oratio alios quoſdã etiam non deeſſe præſtantiores nobis opponat;

qui

ΤΥΓΧΑΝΕΙΝ, εἰ μηδὲν παρ' ἑαυτὸν εἰς πλὴν ἀνισότητα συμπεπλεγ. φαίνονται δὲ ἃ πρὸς ἴσων τυγχάνοντες. δῆλον οὖν, ὡς τὸ τῆς προαιρέσεως ἄνισον ὑποβληθὲν τῇ τῆ προνοίας κείσει, ἐκ ἐᾷ τὴν ἴσην αὐτοῖς ὑπομένοντας

MOIPAN, ἤγε πρὸς πρὸς ἀξίαν ἀνάγκη τυγχάνειν. μὴ ταραττέτω ὃ ἡμᾶς τὸ, καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἀλόγων, καὶ φυτῶν, καὶ αὐτῶν τῶν ἀψύχων τὴν αὐτὴν ἀνωμαλίαν ὁπτφαίνοντας, ἣν καὶ ἐπ' ἀνθρώπων. ὁ γὰρ διὰ τοῦτο τὰ καθ' ἡμᾶς ἀπρονόητα, ἤγε ἐκείνοις ταῦτα, ὡς ἔτυχε, συμβαίνει· ἢ καὶ ἐπ' ἐκείνων δίκη καὶ κρίσις, καὶ ἀρετὴ καὶ κακία ἀπλογισμοί· ἐπεὶ τὰ κατ' ἡμᾶς ἔτως ἠκείβωται. πρῶτον μὲν γὰρ τὰ ἄψυχα ἔτως ἔχει, ὡς κοινὴ ὕλη φυτοῖς, καὶ ζώοις, καὶ ἀνθρώποις. κοινὴ τροφὴ πέφυκεν καὶ ἕνια ζώων ζώοις ἐστὶ, καὶ ἀνθρώποις. Διὸ καὶ ποιεῖ ταῦτα εἰς ἄπλα ἃ τῶν πασχόντων ἀξίαν ὁπτικεπλόκασα, ἀπλᾶ τῶν αὐτῶν πεῖναν, ἢ τὸ νόσον διαφθείροντα, καὶ ὅλως τὸ ἐνδεὲς αὐτῶν πληροῦντα, ὅθεν ἂν τοῦτο ποιεῖν ἐδύνη. ὥστε δυσχέρειαν ἀφορμὴν ἔχει τοῖς ζώοις τὸ ἡμετέραν χρῆσιν ὑπὸ τῶν ἀθλιοτύχων πληροῦν, καὶ τὸ δοκοῦσιν εὐτυχίας αὐτοῖς αἴτιον τὸ παρ' ἡμῶν πάσχειν. εἰ γὰρ ἦν πειθὼν ὁ λέγων καὶ ἄλλως κρείττονας ἡμῶν τινας ἀνηρπάγαμεν,

ὅτως ὑποχρεωμένους ἡμῖν πρὸς πλήρωσιν τῆς ἑαυτῶν ἀνδρείας, ὡς ἡμεῖς τοῖς λόγοις φανώμεθα χρώμενοι· ἀνηκτεῦ ἐκείνους ἔδει ὁμολογεῖν, καὶ φαίνεσθαι τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων εἰς τὴν ἐκείνων χρείαν ἀναθησόμενα. εἰ δὲ μηδὲν τῶν πρὸς ἀνθρώπινα θνητὸν, ἐπφδὴ καὶ αὐτὸς ἔχαιρος ὢν τῶν λογικῶν ψυχῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἀθανάτους εἰς σῶμα θνητὸν ἐκ προϋπάρξεως ἔρχεσθαι, καὶ συγχύσεις τοῖς λόγοις ἀναγκαῖον ὄργανον ἐπὶ γῆς πολιτείας· ἀδύνατον ἂν εἴη τὸ τῶν ἡμετέραις δυσχερείαις εἰς τὴν ἑαυτῶν διόρθωσιν ὑποχρησάμενον ἔκνευ ἀδικεῖ τὸ ἀτάκτως χρησάμενον ἡμῖν προθυμίᾳ πληρώσεως. δίκη τοίνυν καὶ τάξις τοῖς περὶ ἡμᾶς ἀθανάτοις τὰς ὄψεις τῶν περὶ ἡμᾶς διοικήσεως νομοθετεῖν, ταῦτα μηχανᾶσθαι περὶ ἡμᾶς, ἃ τὴν τῶν ὀναίσθαι κακίαν ἡμῖν ἐλαττοῖ, καὶ πρὸς αὐτὰς ἐπιστρέφειν ἡμᾶς δυνάσθαι. κίνδυνος δὲ ἡμῖν, ὡς συγγενῶν ἐκπεσόντων. ὅθεν αἱ δῶς, καὶ νέμεσις, καὶ αἰσχύνη ὑποστέψασα τῶν κακῶν, ἀνθρώπους μόνους ὑπιστρέφειν λέγουσι ὀρθῶς. τὸ δὲ λογικὸν ζῶον μόνοι συναισθάνεσθαι τῶν δίκης πέφυκε· τοῖς μείζοσιν ὧν ὄφεις διεσῶσαι ἡμᾶς ὑπὸ τῶν θεῶν, διεσῶσι πάμπολυ καὶ τῇ διοικήσει χρῆσθαι πεφυκότες. σύμμετρος δὲ τῶν ὑπάρξεως τῶν ὅλων καὶ ὁ τῆς προνοίας δεσμός. καὶ ὡς ἔκαστα ὑπέστη παρὰ τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ,

ὅτω

qui nobis quoque ad eorum quibus indigent ſupplementum abutantur, non aliter quam & ipſi ratione carẽtibus uti videmur: mortales illos eſſe probari oportuit, hominumque corpora in eorum uſum atque neceſſitatem impendi. Verum ſi nihil eſt omnium quæ homine ſuperiora ſunt morti obnoxium, quoniam & ipſe ultimus ex eorum genere quæ ſunt ratione prædita, & ob id immortalis in mortale corpus ex neceſſitate venit, ibique aſſumpto rationis expertibus cognato organo in terra verſatur; nihil eſſe queat quod miſeriis noſtris ad ſuas epulas abutatur; nihil etiam certe quod nobis utatur inordinate ad cupiditatis expletionem. Fines igitur Diis immortalibus, qui nobis præſtant, ſuæ noſtri adminiſtrationis juſtitia atque ordo præſcribunt; ut ea noſtro nomine moliantur, quibus hic minuatur nequitia noſtra, & quibus ad ipſos reverti valeamus. Sunt enim noſtri ſolliciti, tanquam cognatorum, cum labi nos contigit. Quo fit ut verecundia, divinaque ultione, atque dedecore homines tantum à vitiis revocari recte dicatur. Solũ enim quod ratione prædituꝫ eſt animal juſtitiã natura percipit. Nos ergo, qui intervallo lõgiſſimo à brutorũ natura diſtamꝰ, ſeparata valde adminiſtrationis etiã ratione uti cõvenit. Eſt enim univerſi naturis etiã providẽtiæ lex maxime cõgrua. Singula deinde qua ratione à Deo

edita ſunt,eadem & ipſa providentiam ſentiunt.Videtur porro ſingulos quidé hominũ animos ipſe produxiſſe, brutorum auté ſola genera;illis naturæ fingenti commiſſis: uti Platoni, Timæoq; Pythagorico viſũ eſt; quibus placet, nihil eorum quæ morti ſunt obnoxia à Deo immediate conditũ eſſe, animos autem hominum ex eadem temperatione qua mũdani Dei atq; dæmones, ipſique etiam illuſtres heroes, factos eſſe: ideoque in ſingulis hominibus providentiã elucere; quomodo ab iſtis evocẽtur, quomodo in illa propẽdeãt; quomodo hic degãt,quomodo iſthinc alio ſe conferant : quorũ nihil in vita quæ ratione careat effici oportuit. Neque enim ad Deum accedit,quæ invitari atque excitari nequeat. Nec poteſt in terris fungi adminiſtratione, quæ tanquã planta cœleſtis exſiſtat.Neque id habet à natura,ut ad aſtrum aliquod, quocum apta ſit, referatur. Atque hæc quidem in eos qui caſibus humanis indignantur, quique modis omnibus providentiã deſtruunt, à nobis reſpõſa ſint. Quibus & iſta jure poſſũt adjici,eoipſo videri hominũ mores cũ ratione cõſentire, quod res adverſas FERANT MODERATE: nec ea tantum ratione fieri leviora, quibus tum nos angi contigit; ſed futuris etiam adferri remedium. Vos autem cum INDIGNAMINI, quid aliud ipſi proficitis, quam quod impietatem, malorum omnium graviſſimũ, labo-

ὅπως καὶ προνοίας ἀξιοῦται. φαίνεται δὲ ὅτι μὲν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, ἐκάστην αὐτὸς ἐποίησας· ἐπὶ δὲ τῶν ἀλόγων μόνα γένη, προειπόντων τῆς διαπλάσεως αὐτὰ φύσει, ὡς Πλάτωνι δοκεῖ, καὶ Τιμαίῳ τῷ Πυθαγορείῳ, ἃ δὲν μὲν προσεχὲς τῶν θνητῶν δημιούργημα εἶδε τοῖς θεοῖς τιθεμένοις· τὰς δὲ ἀνθρωπίνας ψυχὰς γίνεσθαι ὁμοίως τοῖς αὐτοῖς κρατίστοις τῶν ἐγκοσμίων θεοῖς, καὶ ἴσοις δαίμοσι, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἥρωσι. Διὸ προνοίας ἐπ' ἀνθρώπων ἐστὶ καθ' ἕνα ἕκαστον, πῶς ἀφίσται τῶν ὁμοίων· πῶς προσλαμβάνει τὴν δεύτερον· πῶς ἐνταῦθα πολιτεύεται· πῶς αὖ ὁπόθεν ἀναχωρήσει ἐκεῖσε· ὧν ἃ δὲν δοκεῖ περὶ τοῦ ἀλόγου ζωῆς προσλαμβάνειν. ἃ δὲ καὶ βέλτιον ἀδιαπειράστως θεῷ· ὅτι ἐπὶ γῆς δυνάμενα πολιτεύεσθαι, ὡς φυτὸν ἕνα ἑκάστιον· ἔτι πρός τι ξωϊκὸν ἄστρον ἀνάγκης πέφυκε. καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸ παρὸν ἀπολογήσθω ἡμῖν πρὸς τοὺς δυσχερεστικούς, καὶ παντάχοθεν τὸ ἀπροσκόπτον καθασκάζοντας· πρὸς οὓς καὶ ταῦτα εἰπεῖν δίκαιον, ὅτι ἐκ τοῦ ΠΡΑΩΣ τὰ δυσχερῆ ΦΕΡΕΙΝ, ὁ ἀνθρώπινος βίος εὐλόγιστος ἀναφαίνεται, καὶ πρὸς τὸ παρὸν ἐπιλαμπρύνων τὰ δυσχερῆ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἰώμενος. ὑμεῖς δὲ ἀγαναχτοῦντες τί καὶ ὀνήσετε, εἰ μὴ μόνον προσθείητε τοῖς πόνοις τὸ μέγιστον

τῶν κακῶν ἀσέβειαν, καὶ αὐτὰ ἢ τὰ χαλεπὰ τραχύτερα ἑαυτοῖς ἐνεργάσασθε τῷ τῆς ἀξίας πάσχειν αὐτὰ δοκεῖν; ὃ γὰρ νοσῶν, ἐὰν ἀγανακτῇ ὅτι νοσεῖ, δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον νοσήσει; διὸ δὲ χαλεπαίνειν δεῖ πρὸς τὰ ἀξίαν τῆς ἀποδοτέως γινομένης, ἵνα μὴ καὶ χρείττων ὀφθῶμεν, διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς παροῦσι βλάσφημον δυσφορίαν. σκεψώμεθα δὴ αὐτὸ καὶ τῇδε· εἴπερ πενίαν λαῶν ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙ, πρὸς τὴν ἀπὸ τῆς παρούσης ἀλυπίαν, καὶ ὀξυρρήστῳ πνεῦμα βίου παραμυθίαν· τοῦτο μὲν λογισμῷ πόρρω ὀξυδείσκοντος εὐλόγως διαφορᾶς, τὸ μὴ συγκεχύσθαι τῇ λύπῃ· τοῦτο δὲ ἀναβιβάσαν αὐτὸν τὸ πλησίον τῆς ἐμφρονος καρτερείας, καὶ συνεκποριζόντων, ὅσα δυνάμεις, τὰ ἀναγκαῖα πρὸς τὸν βίον. ὁ δὲ ΑΓΑΝΑΚΤΩΝ, καὶ γυναικείως πικραινόμενος, πρῶτον μὲν ἐκκοίλους λύπας προσκλᾶται· ἔπειτα προσδεδεμένος τῷ τῆς πενίας πενθεῖν, ἄπορος πανελεῶς γίνεται, ὅτε παρ' ἑαυτῷ πολλάζων εἰς πόρον συμβάλλεται, ὅτε τῷ τῆς πλησίον συνηγόμενος, ὅσον μὴ ἐλέου χάριν αὐτῷ τις προσείσειεν· ὃ πάλιν ἐκ τῆς διαθέσεως τοῦ διδόντος ἐπτοημένης τὸ λύσιτελὲς τῷ εἰς ὕστερον χρείας καταστάντι. ἐκ πάντων δὴ τῶν εἰρημένων ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ

δεῖ

laboribus veſtris adjicitis; eoque dolorẽ veſtrum majorem efficitis, quod præter merita torqueri vos exiſtimatis? Annõ enim qui morbo afficitur, ſi eundẽ ferat acerbius, graviorem faciet? Non eſt itaque ægre ferendum quod pro meritorum ratione reponitur, ne urgentium moleſtiarum acerba reprehenſione, deteriorum etiam habitum nobis contrahamus. Conſideremus vero & iſtud hoc loco; Siquis in paupertatem delapſus ipſam FERAT MODERATE, præterquam quod ita ſibi dolorem adimit, vitæ etiam certam oblectationem nanciſcitur; partim quidem, quod idoneam alimentorum ſuppeditationem meditando inveniet, ſi dolore non conturbetur; partim vero, quod ejus prudentiam, animique robur qui vicini ſunt admirantur, & ſuppeditant ad vitam neceſſaria, quantum poſſunt. At vero, qui INDIGNATUR, cum muliebri more exacerbatur, primum quidem dolores ſponte ſibi accerſit; in luctu deinde paupertatis defixus non poteſt omnino efficere, ut ſibi nec à ſeipſo aliquid vacet ad ſublevandam inopiam conferre, nec viciniorum contributiõnibus ſublevari; niſi quantum ſtipis ergo alicui quis projecerit, quod rurſum pro largientis animo, ei qui in tanta rerum penuria verſatur dolorem auxerit. Patet igitur ex iis quæ dicta ſunt, MODERATE FERENDOS

ESSE caſus adverſos, & ADHIBENDA REMEDIA quantũ poſſumus, cauſaſque ipſorum pravis cogitationibus eſſe adſcribendas; neque ignorandum, cum providentia ſit, non poſſe eum negligi qui bonus nunc exiſtat, quantumlibet antiquis divinæ iræ notis compunctus ſit. Eadem enim opera, dum virtus acquiritur, & eorum vitatur moleſtia, & MEDICINA invenitur, quæ ex ſeſe quidem auxilium adverſus dolorem adferat; à providẽntia autem moleſtiarum liberationem. Calamitates enim invexerunt noſtra ſimul iniquitas & judicium divinum, cujus eſt in ſceleratos animadvertere: ſed tolluntur eædem percommode virtute noſtra atque providentiæ lege, quæ eos malis liberet qui ſponte ſua quod bonum eſt amplectuntur. Tot tantaque adeo ex verſibus iſtis poſſumus haurire præcepta, quæ ad virtutis inſtitutionem primam conferunt. Videntur enim & providentiæ, & fati, libertatiſque animi veriſſimas rationes complecti; quibus moleſtiam illam, quæ in eorum quæ cernuntur diſſimilitudine verſatur, oratio examinavit; inque omnibus malorum cauſam Deum nequaquam exiſtere demonſtravit. Quod ſi quis iſta ſuperioribus conjũgat, una omniũ eſſe ratio videbitur, quæ animi æternitatem confirmet. Quod enim juſtitiã eſſe colẽdã,

quod

δεῖ τὰ συμβαίνοντα· καὶ ΟΣΗ ΔΥΝΑΜΙΣ ΙΑΣΘΑΙ δεῖ, τὰς διαφόροις ἐννοίαις τὰς αἰτίας αὐτῶν ἐκλογιζομένους, καὶ ζωογῶντας, ὅτι προνοίας ἕσης, ἐκ ἀμοιρεῖ ὁ ἀγαθὸς νῦν νόμου, κἂν πολλαῶν μείωμάτων ἐφέλκηται σύγκλεισμα. καθ' αὑτὸ γὰρ κλάδαι πρὸς ἀρετὴν καὶ τὸ ἐπίπονον αὐτῆς διαφεύγει, καὶ τὴν ΙΑΣΙΝ ἐξαδείκνυσι, παρ' ἑαυτῷ μὲν βοήθειαν τῆς ἀλυπίας εἰσφέρων, πρὸς δὲ τὰ προνοίας τὰ ἀπόλυσιν τῶν κακιῶν κομιζόμενον. ἡ γὰρ ἡμετέρα κακία, καὶ κείσης θεία προορωμένη τὰ προνοίαν, τὰ χαλεπὰ σωφόρησεν. εἰκότως γὰρ ταῦτα λύεται πάλιν ἀρετῇ τὰ ἡμετέρᾳ, καὶ νόμῳ προνοίας ὑπολύονται τῶν κακῶν τοὺς παρ' ἑαυτῶν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπιδεδωκότας. Ἰσασῶτα αὖ λάβοιμι καὶ ἐκ τούτων τῶν ἐπῶν δόγματα πρὸς ἀρετὴν στοιχείωσιν συντελοῦντα. τὰς γὰρ περὶ προνοίας, καὶ εἱμαρμένης, καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν μηθεσάτους λόγους παρέχοιτο ἀναπέφηνε, δι' ὧν τὸ τὰ φαινομένων ἀνωμαλίας δύσκολον ἀπεύθυνεν ὁ λόγος, καὶ διὰ πάντων ἀπέδειξε τὰ κακῶν αἴτιον τὸν θεόν. εἰ δέ τις ταῦτα τοῖς προτέροις ὅπη συνάψειεν, εὑρήσει ἐκ πάντων ἀναφαίνεται λόγος πρὸς τῆς ψυχῆς διάθεσιν βεβαιούμενον. τὸ γὰρ δικαιοσύνῃ ἀσκεῖν,

καὶ

καὶ γυναίως ἀποθνήσκειν, καὶ περὶ τὰ χρήματα ἐλαθερείως διακεῖσθαι, τῷ μὴ συναποθνήσκειν τῷ σώματι τὴν ψυχὴν μάλιστα χρήζει πρὸς καλοκαγαθίαν, ὡς ἤδη εἴρηται. τὸ δὲ τὰς ΔΑΙΜΟΝΙΑΣ ΤΥΧΑΣ ΠΡΑΩΣ ΦΕΡΕΙΝ, καὶ ΙΑΣΘΑΙ ΔΥΝΑΣΘΑΙ, τὴν μὴ συγγενικῶς τῷ σώματι τὴν ψυχὴν νῦν ἐφαπτόμενον· ἐκ δὲ ἀμφοτέρων τὸ ἡδέσεως καὶ φθορᾶς κρείττονα εἶναι τὴν ψυχὴν ἀποδείκνυσθαι, καὶ ἑτέραν οὐσίαν παρὰ τὸ θνητὸν σῶμα αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν οὖσαν ἀίδιον. ἃ γὰρ οἷόντε ἐστὶν ἀπό τινος χρόνου προϋπάρχοντι εἰς γένεσιν εἰς ἀεὶ διαμένειν· ὥσπερ ἔφη καὶ τὸ ἐξ ἀϊδίου τὴν ὑπόστασιν ἔχον ποτὲ φθορᾶς ἀναδέχεσθαι. εἰκὸς δὲν μὴ τὴν τῶν σώματος φθορὰν ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ διαμένουσα δίκης καὶ κρίσεως τυγχάνῃ, καὶ ἢν ὀπτιδευθέντων ἐν τῷ βίῳ τὰς πρὸς ἀξίαν ἁμοιβὰς ἀποδέχεσθαι, ἐκ οἷόντε ἦν εἰς ἀεὶ διαμένειν τὸ ἀπὸ χρόνου γιγνόμενον· δῆλον, ὡς καὶ πρὸ τούτου ἦν τὰ ἅπαντα χρόνου. καὶ ἔτω τῶν ἀϊδίων δημιουργημάτων τὸ δημιουργεῖν καὶ ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀνδύεται, ὅθεν καὶ τῆς καὶ τὰ θεῖα ὁμοιώσεως μέτεστιν. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο μείζους ὑπομνήσεως ἔτυχε, καιρὸς ἂν εἴη καὶ τὰ λοιπὰ ὀπισκέψασθαι.

quod fortiter occumbendum, quod etiam liberaliter utendum divitiis dixit; ad animi immortalitatem aſſerendam, nec eam ſimul cum corpore interire, ſicuti dictum eſt, valde conducit. Ut autem DIVINA INFORTUNIA FERREMUS MODERATE, UT ADHIBERI REMEDIA pateremur, jam deſiderari videbatur, non eſſe cum corpore generatum animum. At vero ex utroque, generatione atque corruptione præſtantiorem exſiſtere, & à corpore mortali differre, qui ex ſe æternus ſit, demonſtratur. Neque enim fieri poteſt ut perpetuo maneat, qui ſui à tempore aliquo ortus principium duxerit; quemadmodum neque corruptionem unquam admittere, quod ſubſiſtat ab æterno. Si ergo poſt interitum corporis, eidem ſuperſtes animus pœnæ ſit atque judicii particeps; ſique eorum quæ geſſit in vita mercedem pro meritorum ratione percipit; ſi denique ſtare perpetuo non valet, quod fieri cœpit aliquando: perſpicuum eſt animum iſto prius omni tempore exſtitiſſe. Quo fit, ut inter æterna opera quæ ſunt ab opifice Deo condita, animus eſſe reperiatur, divinæque ſimilitudinis particeps. Verum quia de re iſta abunde dictum eſt, tempus fuerit reliqua etiam conſiderare.

21 MULTI HOMINIBUS SERMONES MALI ATQUE BONI 22 EXCIDUNT; QUIBUS IPSE NEC COMMOVERI DEBES, NEC 23 AVOCARI: SED CEDERE AEQUO ANIMO, SI QUID FALSI DICATUR.

Multus ſæpe hominum ſermo pravuſque bonuſque
Excidit. At terrere nihil: nec vertier illo
Tete permittas. Sin falſum dicat; id æquo
Sperne animo.—

Voluntas humana, quia nec virtuti nec vitio ſemper inhæret, SERMONES etiam voce edit utrique inſervientes, tanquam contrariis ſuis affectionibus ſimiles. Ideoque fit, ut veri quidem ſint alii; alii autem BONI; alii vero MALI; alii etjam falſi. Eget autem varietas iſta judicandi peritia, ut eos amplectamur qui ſunt præſtantiores, deteriores autem rejiciamus: utque nec SERMONUM odio penitus laboremus malos improbando, nec bonorum etiam ſtudio quoſlibet ſine diſcrimine amplectamur. Sequitur enim SERMONIS averſionem ipſa etiam ejus privatio qui BONUS eſt,

&

ΠΟΛΛΟΙ Δ' ΑΝΘΡΩΠΟΙΣΙ ΛΟΓΟΙ ΔΕΙΛΟΙ ΤΕ, ΚΑΙ ΕΣΘΛΟΙ
ΠΡΟΣΠΙΠΤΟΥΣ', ΩΝ ΜΗΤ' ΕΚΠΛΗΣΣΕΟ, ΜΗΤ' ΑΡ' ΕΑΣΗΣ
ΕΙΡΓΕΣΘΑΙ ΣΑΥΤΟΝ. ΨΕΥΔΟΣ Δ' ΗΝ ΠΕΡ ΤΙ ΛΕΓΗ ΤΕ,
ΠΡΑΩΣ ΕΙΚΕ.

ἡ. ἴ

Ἡ ἀνθρωπίνη περαίρεσις μήτ' ἐν ἀρετῇ ἀεὶ ἐοῦσα, μήτ' ἐν κακίᾳ, ἢ τὰς διὰ φωνῆς περιόντας ΛΟΓΟΥΣ ἐπιμορτεύζοντας ἀπεχθύνησεν, ὡς ἐοικότας ταῖς ἐναντίαις αὐτῆς διαθέσεσι. διὸ τῶν ΛΟΓΩΝ ἐγένοντο οἱ μὲν ἀληθεῖς, οἱ δὲ ΑΓΑΘΟΙ, οἱ δὲ ΚΑΚΟΙ, οἱ δὲ ψευδεῖς. ἢ δὲ διαφορὰ αὐτῶν ὀπισημονικῆς δεῖ διακείσεως, ὅπως τοὺς μὲν ἀμείνονας ἐκλεξώμεθα, τοὺς δὲ χείρους ἀποδιώξωμεν, καὶ μήτε μισολογίαν νοσήσωμεν παντελῆ διὰ τὸ τῶν ψευδῶν ΛΟΓΩΝ καταγνῶσιν, μήτε ἀδιακείτως πάντας εἰσδεξώμεθα διὰ τὴν τῶν ἀμεινόνων ὑποδοχήν. ἔπεται γὰρ τῇ μὲν μισολογίᾳ τὸ καὶ τῶν ἀληθῶν ΛΟΓΩΝ ἑαυτοὺς ἀποτρέπειν.

τῇ

τῇ ὑ ἀκρίτῳ φιλολογίᾳ. τὸ λανθάνειν βλαπτόμενον ὑπὸ τ κεκακευργημένων λόγων. φιλολογίαν γὰρ ἀσκήσωμεν μ κείσεως ἀείσης, ἵνα ἡ μ* φιλία* ζ ἡμῖν τὸ γένω τ ΛΟΓΩΝ· ἡ ὑ κείσις ἀποθῇ τ χείρονα. καὶ ὅτω τὸ Πυθαγορικὸν περὶ σομεν παράγγελμα. μήτε ἐκπλησσόμενοι τὰς πονηρὰς τῶν ΛΟΓΩΝ, καὶ δι' αὐτὸ μ τὸ, ὅτι λόγοι εἰσὶν, * ἀκείτως αὐτὰς εἰσδεχόμενοι· ἕ τ ΑΓΑΘΩΝ εἰργόμενοι, διότι λόγοι μὴ ὁμοίως τοῖς χείροσι. πρῶτον μ γὰ ἀφ' ἧ λόγοι, μεταδιώκειν τ· ἀλλ' ἧ ἀληθεῖς. ἀθ' οἱ ἕτεροι καταγινώσκοντο, ὡς λόγοι ἀλλ' ὡς ΨΕΥΔΕΙΣ ἔπλα κἀκεῖνο εὐθαρσῶς ἂν εἴποιμεν, ὡς μόνον λόγοι εἰσὶν οἱ ἀληθεῖς. μόνοι γὰ τ λογικῆς οὐσίας τὸ ἀξίωμα τηροῦσι, καὶ εἰσι γεννήματα ψυχῆς πρὸς τὸ ἄειδον ἀναπεπταγμένης, καὶ τ οἰκεῖον κόσμον κεκτημένης. οἱ ὑ ψευδεῖς τ λόγων, οὐδὲ ΛΟΓΟΙ ὄντως εἰσί· πρὸς γὰ κακίαν καὶ ψευδοδοξίαν φέροντες, καὶ τὴν εὐγένειαν τῶν Λ Ο Γ Ω Ν ἠρνήσαντο, καὶ εἰσὶν ἠλογημένης ψυχῆς, καὶ πάθεσι συμπεσυρμένης φωναί. μήτ' οὖν πάντας καταδέχου, φησὶν, ἵνα μὴ καὶ τὰς ΨΕΥΔΕΙΣ· μήτ' πάντας ἀπόβαλε, ἵνα μὴ καὶ τὰς ἀληθεῖς. ἐκφέρον γὰ ἄτοπον, τὰς τ ἀγαθὰς μισῆσαι ζὺν τοῖς χείροσι, καὶ τὰς ψευδεῖς πρεσίως

* χ' φιλη- νοία * πω̃

* χ' ἀκρί- τως

& audiendi ſtudium temerarium, nefariæ orationis minus prævisæ injuria. Rectiſſimo igitur judicio SERMONUM ſtudium colendum nobis eſt; ut nos audiendi quidem cupiditas ad nullum non genus SERMONUM pertrahat, judicium autem eos rejiciat qui ſint deteriores. Atque ita Pythagoricũ præceptum ſervandum, ut NEQUE MALIS SERMONIBUS COMMOVEAMUR; neque ideo ſine diſcrimine admittamus, quia SERMONES exſiſtunt; neque ſimili ratione BONIS ABSTINEAMUS. Primum enim, non iſtos ob id amplectimur, quia SERMONES ſunt; ſed quia veri. nec illos etiam alia ratione, quam quod falſi, condemnamus. Auſim præterea confidenter aſſerere, SERMONUM nomine eos cenſeri tantum, qui veri ſunt. Soli enim naturæ rationis participis dignitatem retinent, animique fœtura ſunt ad id quod eſt optimum comparati, ſuumque ordinem atque ſplendorem adepti: contra autem, qui falſi ſunt, ne SERMONES quidẽ vere exiſtũt. Cũ enim ad vitia ducãt opinioniſque falſitatem, à SERMONIS ingenuitate non ipſi tantum defecerunt, ſed ſunt animi voces ratione deſtituti, perturbationibuſq; involuti atque immerſi. Neque igitur omnes, inquit, amplectere, ne & MALOS etiã; neque omnes rejice, ne & BONOS. Utrũmq. enim fuerit abſurdũ, BONOS odiſſe cum MALIS, & FALSOS amplecti propter

propter veros. At decet quidem laudare BONOS, & ubi admiſſi fuerint, opere præſtare, & quærere ubi & quouſque veritati conſentiant: adverſus eos autem qui falſi ſunt decertandi vim adhibere; qualis ea fuerit quæ à logica ſcientia petitur ad veritatis diſtinctionem. Cum autem poſſumus evertere quæ falſa ſunt, non violenter, non ſuperbe id facere; ſed manſuete veritatem perſequi, lenibuſque reprehenſionibus improbare, atque etjam, uti verſus ipſe loquitur, AEQUO ANIMO CEDERE; SI QUID AUTEM FALSI DICATUR, non ita aſſentiri ſe habere, uti dicitur, ſed ſine iracundia audire. Neque enim quia ei quod FALSUM EST AEQUO ANIMO CEDENDUM præcipit, id nos debere amplecti ſignificat; ſed audire patienter, neque COMMOVERI, ſi nonnulli, quamvis homines ſint, veritate excidant inutiliter. Patet enim hominum natura variis opinionum erroribus, cum notitias communes recta non ſequitur. Nil mirum igitur, inquit verſus, ſi qui nihil veri vel didicerit vel excogitarit, eo arrogantiæ devenerit; ſique veritati contrarias opiniones adſerat: immo contra, admiratione dignum ſit, ſi qui neque dedicerit, neque

πρὸς τὰς ἀμείνους. δεῖ δ' τὰς μὲν ἀγαθὰς ἐπαινεῖν, καὶ εἰς δεξάμενον αὐτὰς ἀσκεῖν, καὶ ζητεῖν ὅπη, καὶ ἐφ' ὅσον τῆς ἀληθείας ἐφάπτον· πρὸς δὲ τὰς ΨΕΥΔΕΙΣ τὴν ἀγωνιστικὴν δύναμιν κτήσασθαι· αὕτη δ' ἂν εἴη ἡ χρησιμωτάτη ἐκ τῆς λογικῆς ἐπιστήμης εἰς διάκεισιν μαθείας. δυνατοὺς δὲ ἀναιρέσειν τὰ ΨΕΥΔΗ, μήτε ζοφερῶς, μήτε ὑβριστικῶς τοῦτο ποιεῖν· ἀλλὰ σιωπρεπῶς τὴν ἀλήθειαν διώκειν, καὶ μὴ ἐνυβρίζων ἐλέγχειν τὰ ΨΕΥΔΟΣ ἀναιρέσειν, καὶ ὡς αὐτό φησι τὸ ἔπος, ΠΡΑΩΣ ΕΙΚΟΝΤΑΣ· ΨΕΥΔΟΣ ΔΕ ΗΝ ΠΕΡ ΤΙ ΛΕΓΗΤΑΙ, ἐ συγχωροῦντας ὅπως ἔχειν, ὡς λέγεται· ἀλλὰ ὀργήπτως εἰκάζοντας. ἐ γὰρ συγκαταπίπτεσθαι δεῖν λέγει τῷ ΨΕΥΔΕΙ τὸ ΠΡΑΩΣ ΕΙΚΕ· ἀλλ' ἀνεκπικῶς ἀκριβάζειν, καὶ μὴ ἐκπλήπτεσθαι, ἀ ἀνθρώποις ὄντες πανὲς τῆς ἀληθείας ἐποπτεύσασιν ἀμυδρῶς. φόβαμοι γὰρ ἡ ἀνθρώπων φύσις πολλῶν διαρρέφων δοξασμάτων, ὅταν μὴ τῆ κοινῆς ἐννοίας ὀρθῶς ἔπηται. ἐδὲν δ' ἐν, φησὶν ὁ λόγος, θαυμαστὸν, εἰ ἄνθρωπος μηδὲν τῶν ἀληθῶν μήτε μαθὼν, μήτε εὑρὼν, πῶς τῆς ἐννοίας ἥλθε καὶ ἔσχετο δόξης ἐναντίας τῆ ἀληθείᾳ. τὸ γὰρ ἐναντίον γὰρ ἦν θαυμαστὸν, εἰ μήτε μαθόντων,

μήτε ζητῶν, ἢ δοὺς αὐτομάτως τῇ ἀληθείᾳ περιέτυχεν, ὥσπερ ἐκ τραγῳδίας θεᾷ τινι φαφανέντι. Δεῖ οὖν συγγνωμονικῶς ἀκούειν τῶν ψευδομένων, καὶ πείρᾳ μανθάνειν οἷων ἡμεῖς ἐκαθάρθημεν κακῶν, τῇ μὲν κοινωνίᾳ τῶν συγγενῶς ἐσκοτισμένοις τοῖς αὐτοῖς πάθεσι, τῇ δὲ ἀλεξικάκῳ τῆς ὄψεως ἐξ ἐναντίας αὐτῶν γεγυμνωμένοι. μέγα δὲ συμβολὴ πρὸς τραχύτητα, καὶ τὸ τῆς ὄψεως θάρσος. ἡ γὰρ ἱκανῶς παρασκευασμένη ψυχὴ πρὸς τὸ καταγωνίσασθαι τὰς ἐλεγχὰς τῆς ἀληθείας, ἀδορύβως οἴσει τὰς ψευδεῖς δόξας, ὡς προεκλελογισμένη πάντα τὰ ψευδῆ τὸ ἀληθὲς ἐν αὐτῇ μὴ θῦσ καταγνῶσ. τί δὲν παράξει τοῦτον, ὡς ἄλυπον; ὅταν δὲ ἰσχυρῷ φαντασίαν παρέξῃ τούτῳ, ἢ προκατηγώνισεν παῦ τὸ ψεῦδος. ἃ μόνον ἔν ἐκ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς τὴν ἀταραξίαν ἔξῃ ὁ ὄψιμων· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆ θαρσεῖν τοὺ τοιούτους ἀγῶνας. ταῦτα μὲν περὶ τῆς τῶν ΛΟΓΩΝ ὄψιμονικῆς διακείσεως. περὶ δὲ τῆς ἁπάντων ἀνεξαπατήτου ἕξεως, ἵν δεῖ κεκλῆθαι τὸν ὄψιμονα, ἐυθὺς ὄψυνάπτει.

24 ---- Ο ΔΕ ΤΟΙ ΕΡΕΩ ΕΠΙ ΠΑΝΤΙ ΤΕΛΕΙΣΘΩ.

25 ΜΗΔ-

neque etiam quæſierit, veritati temere occurrat, tanquam Deo alicui in tragœdia apparenti. Decet ergo eos audire cum venia qui mentiuntur; & periculo facto diſcere quantis ipſi malis ſimus erepti, qui generis communione iiſdem perturbationibus obnoxii, ſcientia vindice contraria conditione potimur. Non parum autem ad lenitatem contulerit ipſa etiam ſcientiæ fiducia. Animus enim, qui ſatis inſtructus ad expugnãda veritatis diverticula accedit, intrepide tulerit falſarum opinionum congreſſus; tanquam omnia ante agitarit in veri conſideratione, quæ poſſunt contra veritatem adferri. Quid igitur ipſum conturbabit, tanquam eo ſe explicare non poſſit? Immo ei qui potens ſit cogitationes ſuggeret, quibus omne quod falſum eſt expugnetur. Non ſolum ergo ex ea virtute quæ in moribus poſita eſt, non conturbari diſcet qui volet; ſed ex eo etiam, quod intrepide ejuſmodi certamina ſubeat. Atque hæc quidem de prudenti SERMONUM habendo diſcrimine præcepta ſint. Deinceps de vitandæ fraudis in rebus omnibus ratione, quam decet eum tenere qui peritus ſit, ſtatim ſubjungit.

24 QUOD AUTEM TIBI DICAM SERVETUR IN OMNI NEGOTIO.

25 NEMO TE NEC VERBIS NEC FACTIS ADDUCAT, UT QUICQUAM 26 FACIAS AUT DICAS, QUOD TIBI NON SIT UTILE.

---Serves ſed & hoc, quod dixero, ſemper:
Ne tibi vel verbo quiſquam male ſuaſerit, aut re,
ut facias dicaſve, nocens quo tu tibi fias.

Extenditur ad res omnes præceptum hoc: & idem fere ſignificat quod ſuperius, ubi dixit,

---Nec quicquam ſociis aut teſtibus, aut te
Solo turpe geras. Summus pudor ipſe tibi ſis
Qui enim ſui verecundia moveri didicerit, neque in ſolitudine, neque in ſocietate turpe quid audeue, atque etiam cogitationem ab eo propter internæ rationis cuſtodiam avertere; ille ipſe eſt qui poteſt audire, NIL TIBI VEL VERBO QUISQUAM MALE SUASERIT, AUT RE. Solus enim fraudibus non patet, neque poteſt à quoquam ulla ratione decipi, qui hominis in ſe præſtantiam agnoſcens, nec ſe capi adulationibus patitur, nec minis etiã dejici; quantũvis vel hoſtes vel amici horum proponant quodlibet. Eo enim quod NULLUS dixit, perſonas omnes ſignificavit, & patrẽ, & tyrãnũ, & amicũ, & inimicũ. Sunt vero avocãdi modi,

aut

25 ΜΗΔΕΙΣ ΜΗΤΕ ΛΟΓΩ ΣΕ ΠΑΡΕΙΠΗ, ΜΗΤΕ ΤΙ ΕΡΓΩ 26 ΠΡΗΞΑΙ, ΜΗΔ' ΕΙΠΕΙΝ, Ο, ΤΙ ΤΟΙ ΜΗ ΒΕΛΤΕΡΟΝ ΕΣΤΙ.

Τῦτο δὲ πάντων τείνει τὸ ἀφήγημα ἐποδυαμοῦν τῷ ἄνω τε εἰρημένῳ,

---πρήξεις δ' αἰσχεύν ποτε μήτε μέλλων,
Μήτ' ἰδίῃ. πάντων δ' αἰδέο σαυτόν.

ὁ γὰρ ἑαυτῷ αἰδεῖσθαι μεμαθηκὼς, καὶ μήτε ὂν μονώσῃ, μήτε ὂν κοινωνίᾳ τινὶ τῷ αἰσχρὰ πρᾶξιν ἀνεχόμενος, ἀλλὰ καὶ τὴν φαντασίαν αὐτὴν τῦ τοιῦτε παρεστώμενος διὰ τὴν ἔσω φύλακα λόγον, ἔτός ἐστιν ὁ δυναάμενος νοῦν ἀσκῆσαι, ΜΗΔΕΙΣ ΜΗΤΕ ΛΟΓΩ ΣΕ ΠΑΡΕΙΠΗ, ΜΗΤΕ ΤΙ ΕΡΓΩ. μάνος γὰρ ἀνεξαπάτητος, καὶ ὡσαύτως ἀδέκαστος ἀδαμῶς εὐπαραλόγιστος ὁ τὴν ἀξίαν ἑαυτῷ γνοὺς ἀνθρώπος, καὶ ἔτε κολακείαις θωπευόμενος, ἔτε πῖς ἐκδημαίνοντι ταπεινύμενος, κἂν πολέμιοι, κἂν φίλοι ὁποτεραοῦν τούτων σεσεισμένον. ὃν γὰρ τὰ ΜΗΔΕΙΣ, παῦ πρόσωπον κεῖται, καὶ πατὴρ, καὶ τύραννος, καὶ φίλος, καὶ ἐχθρός. οἱ δ' ὅποι τῆς παραγωγῆς,

ἢ διὰ ΛΟΓΩΝ, ἢ ΕΡΓΩΝ γίνονται· λόγῳ μὲ θωπευόντων, ἢ ἀπειλούντων· ἔργῳ δέ, δωρεᾶς, ἢ τιμωρίας προφέροντων. πρὸς πάντα δὲ ταῦτα τεθωρακισμένῳ δεῖ τῷ ψυχῇ ἔχειν τὴν ὀρθῷ λόγῳ, πρὸς τὸ ἀμείλικτον καὶ ἀδούλωτον ὑπὸ τῶν ὁπωσοῦν ἔξωθεν προσπιπτόντων ἡμῖν ἡδέων ἢ καὶ λυπηρῶν. ὁ γὰρ ὀρθὸς ἐνυπάρχων λόγος σωφροσύνῃ καὶ ἀνδρείαν ἑκατέρωθεν παρεστήσας τῇ ψυχῇ τὰς ἀδαμαντίνας φύλακας, ἀνεξαπάτητους ἡμᾶς διατηρήσει καὶ ἀπὸ τῆς προσηνοῦς θωπείας, καὶ ἀπὸ τῆς φοβερᾶς καταπλήξεως· οἷς ὀφείλεται δικαιοσύνη ἀκεραιοῦσα, ἣν παρήγγειλεν αὖθις πρᾶττειν ἔργῳ τε λόγῳ τε. ὕτω μὲν οὖν ἐὰν ἡδοναὶς ἡδέως ἡμᾶς ἀναπείσῃ ἢ ΛΟΓΟΝ προσάδειν, ἢ ΕΡΓΟΝ τι διαπράξασθαι, ὃ μὴ τῷ ὀρθῷ λόγῳ ἐστὶ σύμφωνον. εἰ γὰρ παίτων μάλιστ' ἀλαζονεύεσθ' ἑαυτὸν, δῆλον ὡς ἡδεῖς ἡμῖν αἰδεσιμώτερος ἡμῶν αὐτῶν φανήσεται, ἢ δὲ φοβερώτερος ὡς προσηκόντως παρὰ τὸ δέον ἐπᾴττων, ἢ προσῇ τι. ὀφθαλμὸς γὰρ τῇ ψυχῇ ἑκάτερον. τὸ μὲν οὖν βλαβερὸν, τοῦτο καὶ ἡμῶν ἀσύμφορον· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ἡ ψυχή. ἀκριβῶς δὲ ἀκουστέον τοῦ, Ο, ΤΙ ΤΟΙ ΜΗ ΒΕΛΤΕΡΟΝ ΕΣΤΙ· καὶ ἐκεῖνα φέροντες τῶν ἀντωνυμίαν τοῦ κυρίως ΣΥ εἶ.

ἐὰν

aut VERBIS aut FACTIS. VERBIS quidem, vel blandiendo, vel minitando. FACTIS vero, vel munera, vel ſupplicia proponendo. Decet ergo adverſus iſta omnia recta ratione bene munitum habere animum; ut nec voluptatibus, nec doloribus, quæ nos modis omnibus adoriuntur, moveatur, atque in ſervitutem redigatur. Recta enim ratio quæ intus eſt, cum animo utrinque temperantiam atque fortitudinem cuſtodes inexpugnabiles adhibuerit, imperterritos nos præſtiterit, nec ab aſſentationum blanditiis immunes tantum, ſed à terrorum metu etiam: quibus efficitur exactum illud juſtitiæ genus, de qua ſuperius loquens, eam re atque verbo colendam eſſe monuit. Sic ergo nullus omnino aut VERBUM emittere, aut OPUS aliquod efficere nobis ſuaſerit, quod rectæ rationi non conſentiat. Eſt enim perſpicuum, ſi omnium maxime noſtri nos pudeat, nobis neque verecundiorem neque timidiorem viſum iri neminem, ut ad aliquid DICENDUM vel FACIENDUM præter debitũ inducamur. Eſt enim utrumq; animo NOXIUM. Quod autẽ ipſi damnoſum eſt, idipſum & nobis etiã inutile, qui anim⁹ ipſe ſimus. Eſt igitur ad illud advertẽdũ diligenter, quod dixit, QUOD TIBI NON SIT UTILE: utque provocabulum ad id referatur, quod TU proprie exiſtas.

& ſol etiam totum quid eſt ex incorporeo atque corporeo, haud aliquando ſeparatis, deinde conjunctis; (ita enim etiam rurſum diſtinguerentur) ſed ſimul conditis, eoque ordine congenitis, ut alterum quidem ducatum præſtet, alterum autem ſequatur: ita ſe habet in omnibus deinceps rationis participibus generibus, heroum ſcilicet atque hominum. & eſt heros quilibet animus rationis particeps corpori lucido conjunctus; & homo ſimiliter animus etiam ratione præditus cum congenito corpore immortali. Atque hoc quidem eſt Pythagoreorum dogma; quod Plato proculdubio promulgavit poſtea, cum divinum omnem atque humanum animum, congenitæ virtuti alati currus atque aurigæ comparavit. Eſt igitur nobis ad animi perfectionem veritate opus atque virtute: ad lucidi autem corporis noſtri PURGATIONEM, ſordium fæculętarũ deterſione, & ſacrarum PURGATIONUM aſſumptione; robore præterea divinitus annexo, ut hinc ſurſum evolare valeamus. Qualia verſibus iſtis ſignificantur, cum materiæ ſordes eo tollunt, quod CIBIS ABSTINERE, QUOS DIXIT, præcipiunt; cum deinde ſacram purgationem, divinituſque adnexum robur adjicienda eo innuunt, quod TUM IN PURGATIONIBUS

TUM IN ANIMI SOLUTIONE DIIUDICANS, adjungunt. cum denique totam humanæ naturæ ſpeciem integram atque perfectam reddi volunt, ubi AURIGAM RATIONEM SUPRA COLLOCANDAM ESSE concludunt. Hoc enim totam etiam naturam ſignificavit, atque partium ordinem in ea diſtinxit: quarum altera judicandi quidem habet facultatem, tanquam AURIGAE fungatur officio; altera autē parēdi, tāquā habenis regatur. Poteſt igitur ex propoſitis carminibus ab illis intelligi qui ſymbolis Pythagoricis credūt, oportere virtutis exercitatione, veritatiſque atque puritatis reſumptione, eorum curam gerere quæ ad lucidum corpus noſtrum pertinent; quod etiā animi tenue vehiculum oracula nominant. Extenditur vero PURGATIO iſta ad cibos uſque & potiones, univerſamque adeo victus rationem mortalis noſtri corporis; in quo jacet quod ſplendidum eſt, vitam inanimo corpori inſpirans, atque ipſius harmoniam continens. Vita enim corpus eſt quod materia deſtituitur, quodque vitam materiæ inhærentem generat, per quam mortale noſtrum perficitur, quod ex vita rationis experte materialique corpore componitur, hominis illius imago exſiſtens, qui ex rationis participe ſubſtantia & corpore materia deſtituto componitur. Quoniam igitur homo ipſi ſumus,

homo

ΕΝ ΤΕ ΛΥΣΕΙ ΨΥΧΗΣ ΚΡΙΝΩΝ. καὶ τὸ ὅλον εἶδος τῆς ἀνθρωπίνης ἐσίας ὁλόκληρον ἡμῖν ὑποδεδώκεσι δι' ὧν ἐπήγαγον, ΗΝΙΟΧΟΝ ΓΝΩΜΗΝ ΣΤΗΣΑΣ ΚΑΘΥΠΕΡΘΕΝ ΑΡΙΣΤΗΝ. *τοῦτο δὲ καὶ τῶν ὅλων ἐσίαν παρέπεται, καὶ τῶν τάξιν ἣν ἐν αὐτῇ μερῶν διεσήλατο, ὅπ τὸ μὲν ΚΡΙΤΙΚΟΝ, ὡς ΗΝΙΟΧΟΥΝ· τὸ δὲ ἐπόμενον, ὡς ΗΝΙΟΧΟΥΜΕΝΟΝ. ταῦτα * χάρ ἔξιν ἐν τῇ τοιαυτῇ ἐπῶν διδαχθῆναι τ' τῶν Πυθαγορείων *συμβολῶν μὴ ἀνήκοον, ὅπ δεῖ σὺν τῇ ἀσκήσει τ' ἀρετῆς, καὶ τῇ ἀναλήψει τῆς ἀληθείας καὶ καθαρότητος, ὅπως ἔχειν ποιεῖσθαι τ' περὶ τὸ αὐγοειδὲς ἡμῶν ζῶμα, ὃ καὶ ψυχῆς λεπτὸν ὄχημα οἱ χρησμοὶ καλοῦσι. διατείνει δ' αὕτη ἡ ΚΑΘΑΡΣΙΣ ἕως σπέρων καὶ ποτῶν, καὶ τ' ὅλης διαίτης τοῦ θνητοῦ ἡμῶν σώματος, ἐν ᾧ τὸ αὐγοειδὲς ἔχεται περισπόρον τῷ ἀψύχῳ σώματι ζωὴν, καὶ τ' ἁρμονίαν αὐτῷ συνέχον. ζωὴ γάρ ἐστι τὸ ἄϋλον σῶμα, καὶ ζωῆς ἐνύλου γυμνητικὸν, δι' ἧς τὸ θνητὸν ἡμῶν σῶμα συμπληροῦται, ὑπὸ τῆς ἀλόγου ζωῆς καὶ τοῦ ὑλικοῦ σώματος συγκείμενον, εἴδωλον δὲ τῆς ἀνθρώπου, ὃς ὑπὸ λογικῆς ἐσίας καὶ σώματος ἀΰλου συνέστηκεν. ἐστὶ δ' ἡμεῖς ὁ ἄνθρωπος,

* χρὴ τοῦτο

* χρὴ οὖν

* ἴσως συμβόλων

ἄνθρωπος ὑ διὰ ταῦτα· σωφρόνης διὰ παίτων μὲν ΚΑΘΗΡΑΣΘΑΙ καὶ τελειωθῆναι, τ ὑ ἐπιβάλλοντα ἕκαστον ἐφ' ἑκάστης φύσεως τηρῆσαι. ἔστι γὰ μὴν καὶ ΚΑΘΑΡΣΙΣ. οἷον, ψυχῆς λογικῆς κ τ μ τὸ λογικὸν, ΚΑΘΑΡΣΙΣ ἐπιστημονικὴ ἀλήθεια· κ τ δὲ τὸ δοξαστικὸν, ἡ βελτιωτικὴ ἀρετή. θεωρεῖν γὰ τὰ ἄνω πεφυκότες, κ τάπλιν τὰ κάτω, ἀληθείας μ πρὸς ἐκεῖνα, πολιτικῆς ὑ ἀρετ πρὸς ταῦτα δεησώμεθα, ὅπως ἂν τὴν μ ἀϊδίων θεωρητικοὶ γινώμεθα, τ ὑ ἐνεχομένων ποιητικοί. κατ' ἀμφότερα ὑ τοῖς θείοις ὅροις ἐμμένοντες τ τ ἀλογίας ἀποφυγοιμεν κλύδωνα. ἀπὸ ταύτης γὰ δεῖ ΚΑΘΗΡΑΣΘΑΙ τ λογικὴν ἡμῶν οὐσίαν, ἐπεὶ κ ταύτης προῆλθεν ἐν τῇ γενέσει. * μὴ δὲ κ τῷ ἀνομοίῳ δεῖ ἡμῶν σώματι προσέρχου σῶμα θνητ ὄν, καθαιρεῦσαι δεῖ κ τοῦτο, κ τῆς πρὸς αὐτὸ συμπαθείας ἀπαλλαγῶμεν. λείπεται δὲ οὕτω ἡ τ ψυχικοῦ σώματος ΚΑΘΑΡΣΙΣ, ἣν ποιήσασθαι δεῖ τοῖς ἱεροῖς ἑπόμενον θεσμοῖς κ τ ἱερατικὰς τέχνας. σωματικωτέρα δέ πως αὐτῆς ἡ ΚΑΘΑΡΣΙΣ. διὸ κ ὑλῶν ἐφάπτεται παντοδαπῶν θεραπεύουσα παντοίως κ μεταπείθουσα θεραπευτικῶς τὸ ζωτικὸν τοῦτο σῶμα χωρεῖν εἰς τ ὕλης, κ ἀναπαῆναι πρὸς τ αἰθέριον τόπον,

* χρ' ἀλλ' ἐπεὶ δὴ

homo autem per iſta: omnibus quidē PURGARI atque perfici neceſſe eſt; modum autem, qui in utraque natura emineat, retinere. Eſt enim alia alius PURGATIO. Verbi gratia; animi rationis participis (ſi quidem id ſpectes quod ratiocinandi vim habet) PURGATIO ſcientiæ effectrix veritas eſt; ſin autem ad opinionem attendas, virtus ea quæ in cōſultatione poſita eſt. Cū enim ita ſim⁹ natura effermati, ut quæ ſurſū ſunt cōtemplemur, regamus autem quæ deorſum: veritate quidem ad illa, civili autem virtute ad iſta indigemus; ut ſempiternarum quidem rerum contemplationi, eorum vero actioni quæ decent incumbamus. In utriſque autem ejus quod rationi adverſatur proceſſas effugerimus, ſi divinis finibus nos ipſi contineamus. Decet enim eo naturam noſtram rationis participē mūdare, quando & iſtam in generatione præceſſit. Quoniam vero lucido etiam corpori noſtro adnatum corpus mortale eſt; decet & iſtud quoque PURGARI, ſuaque ipſum contagione liberari. Supereſt igitur animalis corporis PURGATIO, quam decet facere ſacrarum legum, atque ejuſdem generis artium obſervatione. Sed eſt quodammodo craſſior iſthæc PURGATIO: quo fit, ut quacunque materias attingat, ſanans penitus, & eo ſtatim animale corpus iſtud adducens, ut materia ſe liberet, & in æthereum

locum evolet, in quo ſedem habere prima ipſi felicitas fuit. Quæcunque autem circa iſtud fiunt, ſi ita fiunt ut Deo convenit, non autem præſtigiatorie, virtutis atque veritatis regulæ convenire reperiuntur. PURGATIONES enim animi rationis participis lucido etiã vehiculo præcavent, ut cum earum opera pennas adeptũ fuerit, iter ad ſuperiora minime impediatur. Fuerit vero pẽnarũ ipſi productio optima, ſi paulatim terrenarũ rerũ agitetur repudiũ; ſique materiam vitare adſueſcat; ſi ea etiam inquinamẽta deponat, quibus, propter conjunctionem quam cum materiali corpore habebat, abundabat. Iſtis enim reviviſcit quodammodo & colligitur, divinoque robore impletur, animi denique intellectuali perfectioni conjungitur. Quid igitur ſi ad iſta conferant CIBI nonnulli? iis proculdubio, quibus ſeparari ab omnibus quæ ſunt morti obnoxia uſitatum eſt, prima ad PŨRGATIONEM via fuerit, ſi nonnullis iſthinc ſtatim abſtineant penitus, eiſque maxime quæ animo voluptatem adferunt, aut mortale corpus ad venerem excitant. Itaque & ſymbolicis præceptis nonnullorum juſſa eſt abſtinentia, ſenſum quidem primum habens ampliorem atque generaliorem; ſed conſequenter & hoc ipſum etiam cavens peculiariter, cujus mentionem

facit

τόπον, ὅπε τ κατάταξιν ἔχῃ αὐτῷ εὐδαιμονία ἓν πρώτη. παύτα ὃ λὰ περὶ τ τοῦ δρώμενα, ἐαν θεοφορεπῶς, κ μὴ ἀγυρτικῶς γίνη, συνεπόμενα τοῖς τ ἀρετῆς κ ἀληθείας κανόσιν ἐυείσκεται. αἱ γὰρ τῆς λογικῆς ψυχῆς ΚΑΘΑΡΣΕΙΣ, κ τὰ αὐγοειδῆς ὀχήματα τ θεομηδοῦνται, ὅπως ἂν αὐταῖς ὑποπτερον καὶ τῦτο γλυόμενον μὴ ἐμποδὼν ἴση πρὸς τὸ ἄνω πορείαν. περφυία δὲ αὐτῆς ἀείση ἡ χ μικρὸν μὲν ἔτη τῆς τῶν περιγείων διαστάσεως, κ ὁ πρὸς τ αὐλίαν ἐθισμὸς, κ ἡ ἀπόθεσις ὧν ἂν ἐπλήθη μολυσμῶν ἐκ τῆς πρὸς τὸ ὑλικὸν σῶμα συζεύξεως. διὰ γὰρ ἕτων ἀναβιώσκε βόπον τινὰ, κ συλλέγε, κ θεία πληροῦ τόνε, κ τῇ νοερᾷ τελειότητι τ ψυχῆς συναπτε. Τί δὲν εἰ *ὀνίων βρω- * κ'
μάτων πρὸς ταῦτα συμβάλλοιτο ἄν; * ἢ τοῖς ἔνια τ ἐπιζομένοις ὑπὸ πάντων χωρίζεσθαι τ θνητῶν, * κ' ἢ τὸ τινῶν ἀντεῦθεν ἤδη παντελῶς ἀποχέσθαι, κ μάλιστα τ γλυκυθυμούντων, κ κατατεινόντων εἰς γένεσιν τὸ θνητὸν σῶμα, πρόσθος ἂν γένοιτο εἰς ΚΑΘΑΡΣΙΝ. διὸ κ ἐν τοῖς συμβολικοῖς παραγγέλμασι ἐπελάπτο τινων ὠμοφαγίαν, μείζονα μὲν κ κατολικώτερον ἔχουσα τ προηγούμενον νῶν· ἐπομένως δὲ καὶ τοῦ μειζόνως τύτου ἀπείργουσα, ἕως ἂν τὴν μνήμων

ἑκάστου

ἐμβάτ ποιεῖ· οἷον, μήβαν ζώειν μὴ ἐθέλειν. τοῦτο δ' ὅτωσὶ λεγόμενον, ἑνός τινος ἀφίστησιν ἡμᾶς τῆς περὶ γῆν, καὶ τάττει σμικροτάτου. ἐὰν δὲ εἰς τὸ πολύγνιον τ Πυθαγορείων βαθύπιτος ἀπόδῃς, τ ὅλων τ ψυχέστεως ἀποχωῖ, δι' ἑνός πνος αἰθηρ διαχθήσῃ, καὶ ὡς ἐν βραχέσι τοῦτο ἐπεσισόμεθα. ὡς δὲ ἐν τοῖς τῶν αὐγοειδῶν καθαρσίοις τὸ ὑπὸ τούτου νοούμενον ὑπονοήσωμεν, ὁμοίως καὶ τὸ καρδίαν μὴ ἐθέλειν, περιηγμένως μὲ εἰς τὴν τοῦ

*κ' Συμικῶν *μυθικῶν καλάβασιν μὴ εἶναι λέγει· καὶ ἐπακολούθησιν ὃ καὶ τ τῶν μέρους ἀποχωῖ εἰσηγεῖται. κ' ὃ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τὸ ἀνησιμαίων ἀπέχεσθαι δεῖν, θεωρήσωμεν τὸ μὲ ὅλον τ ἀνητῆς φύσεως ἀπείργειν ἡμᾶς· ἤδη ὃ καὶ τῆς περὶ αὐτὴν καὶ ἀνιέρων σαρκῶν μεταλήψεως. δίκαιον γὰρ τ συμβολικῶν ναθετήσεων καὶ τὸ περιφερόμενον φυλάττειν, καὶ τὸ εἴσω νοούμενον. ὁπ γὰρ τ συνεχῶς τῶν φαινομένων τηρήσεως ἡ περὶ μειζόνων μεταθαι κατόρθωσις. ὅτως οὖν καὶ νῦν ἀκουσώμεθα, ὡς διὰ βραχυτάτου λόγου μειζόνων ἔργων ἀρχὰς ἡμῖν ἐνδιδόντος τῷ ἔπους. ΕΙΡΓΟΥ γάρ φησι * ΒΡΩΜΑ-

*κ' ΒΡΩΤΩΝ ΤΩΝ· ὁ ταυτόν ἐστι τῷ, ἀπέχε φθαρτῶν σωμάτων. ἐπεὶ ὃ τῶν πάντων νῦν ἀπέχεσθαι δυνατὸν, ἐπάγει, ΩΝ ΕΙΠΟΜΕΝ.

καὶ

facit ſæpiſſime. Quale eſt, cum animantis vulvam comedi prohibet. Quod cum ita dicitur, à certa quadam re, eaque tenuiſſima nos removet. ſin autem ad Pythagoricæ profunditatis ſenſum multiplicem adſpicias, unius certe rei nomine quæ cadit in ſenſus, & qua VESCI prohibet, totius rei venereæ tibi ſignificatur abſtinentia. Ut autem in lucidi corporis PURGATIONIBUS id ipſum curemus quod intelligit, ſimiliter & cor edere prohibet: ut præcipue quidem ab iracundia revocet, ex conſecutione autem, ut ab eadem etiam parte abſtinendum eſſe demonſtret. Eadem vero ratione & illud, quo morticinis abſtinere præcipit, à mortali natura rejicit: immo vero ab earum participatione carnium quæ ſunt ad ſacrificia ineptæ atque prophanæ. Eſt enim juſtum in ſymbolicis præceptis & id obſervare quod nominatim cavetur, & idipſum etiam quod intus ſignificatur. Parit namque aſſidua ejus quod apparet obſervatio, virtutis curam ampliorem. Sic igitur & nunc iſta intelligamus, tanquam oratione breviſſima ingentium operum principia verſu nobis præbeantur. Cum enim CIBIS ABSTINERE præcipit, idem intelligit ac ſi corporibus veſci prohibeat quæ corruptionem patiuntur. Quoniam autem nunc CIBIS omnibus ABSTINERI non poteſt, QUOS DIXIMUS adjun-

adjungit. Addit deinde quo loco de omnibus dictum ſit, cum ET IN PURGATIONIBUS, ET IN ANIMI SOLUTIONE infert: ut CIBORUM ABSTINENTIA corpore[i] vehiculi ſplendorem ea curet diligentia, quam par eſt PURGATO ANIMO & materialibus impedimentis SOLUTO impendere. Addit præterea hujuſmodi ſtudio rationis JUDICIUM, quod lucidi corporis curam animi puritati congruam poſſit adhibere. Itaque & AURIGAM MENTEM ipſum appellavit, tanquam quæ ad hoc eſſet natura comparata, ut currui bene regendo præeſſet. MENTEM quidem, quia ratione prædita facultas ſit: AURIGAM autem, quia corpori moderetur, atque præſit. Eſt vero amatorius oculus ſuper AURIGAM collocatus. Quamvis enim animus unus ſit, oculo tamen veluti contemplatur veritatis campum, & vi ſua, tanquam manu, congenitum ſibi corpus cohibet, atque ad ſeipſum convertit, ut totus Deum intueatur, divinamque ſimilitudinem adipiſcatur. Atque hæc quidem eſt abſtinentiæ forma generalis, & quanta bona ſibi proponat. Quæ autem ſingillatim in ſacris apophthegmatis ſecreto tradita ſunt, etſi ſingula peculiarem abſti-

καὶ ποῦ περὶ τούτων εἴρηται ὑποδείκνυσιν, ΕΝ ΤΕ ΚΑΘΑΡΜΟΙΣ, ΕΝ ΤΕ ΛΥΣΕΙ ΨΥΧΗΣ· ἵν' ἡ ΑΠΟΧΗ ΤΩΝ ΤΡΟΦΩΝ τῆς διαυγείας τοῦ σωματικοῦ ὀχήματος ὄπιμόν τινα ποιῆται πρέπουσαν τῇ ΚΑΘΑΙΡΟΜΕΝΗ ΨΥΧΗ καὶ ΑΠΟΛΥΟΜΕΝΗ τῆς ὑλικῶν κατόχων. τῇ δὲ τοιαύτῃ ὄπτησεύσει ΚΡΙΤΙΚΟΝ ἐφέσησε λογισμὸν, τὸν δυνάμενον τὰ αὐγοειδῆς θεραπείαν τῇ καθαρότητι τ ψυχῆς σύμφωνον ὑποδῦναι. διὸ ΗΝΙΟΧΟΝ ΓΝΩΜΗΝ αὐτὸν περιγράψεν, ὡς ἐφεστάναι πτυκότα τῇ ὀχήματος εὐταξίᾳ. ΓΝΩΜΗΝ μὲν, ὅτι λογικὴ δυνάμις ἦν· ΗΝΙΟΧΟΝ δ', ὅτι ἐφαπτομένη καὶ ὑπεστῶσα τῷ σώματι. τὸ δ' ἐρωτικὸν ὅμμα ὑπὸ ΗΝΙΟΧΟΝ τέτακεν. εἰ γὰρ καὶ μία ΨΥΧΗ, ἀλλ' ὄμμασι μὲν οἷον θεωρεῖ τὸ τ ἀληθείας πεδίον· ᾗ δ' ἀναλόγῳ πρὸς χεῖρας δυνάμει τὸ συμφυὲς σῶμα κατέχει, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφει, ἵν' ὅλη πρὸς τὸ θεῖον ἴδῃ, καὶ τ θείαν ὁμοίωσιν κλίνῃ. καὶ ὁ μὲν καθόλου τ ὑποχῆς τύπος τοιοῦτος, καὶ τοσούτων ἀγαθῶν σοχαζόμενον. τὰ δ' ἐπὶ μέρους ἐν τοῖς ἱεροῖς ὑποφθέγμασιν ἐν ὑπορρήτῳ παραδίδοτο, ὧν ἕκαστον εἰ καὶ μικρὴν ὑπο-

ὑποχὴν εἰσηγεῖτο. οἷον, κυάμων μὲν ὂν σπέρμασι, θυησιδείων δὲ ὂν ζώοις, καὶ τούτων χρὴ γένος, ὡς ὅπι ἰχθύων τὸ, ἐρυθεινῆ ἀπέχεσθαι, καὶ ὂν χερσαίοις δηλῦν, καὶ ἑτέρου τινὸς ὂν πτηνοῖς· καὶ τὸ τελαυταῖον, μέρη τινὰ ζώων ἀπηγόρευεν, οἷον, κεφαλὴν μὴ ἐσθίειν, μηδὲ καρδίαν. ὅμως καὶ ὂν ἑκάστῳ τούτων τὴν τελειότητα τῆς καθάρσεως ἀναστενυπᾶτο ὁ λόγος· διὰ μὲν ἴνας φυσικὰς ἰδιότητας τόδε, ἢ τόδε εἰς σωματικὴν ὑποχὴν καταξας· διὰ ἕξιν δὲ τῆς θυητῆς παθείας κάθαρσιν εἰσηγούμενος, καὶ ἐθίζων διὰ παντῶν εἰς ἑαυτὸν ὅπως ἐφικνεῖσθαι τὸν ἀνθρωπον, καὶ τῆς μὲν τῆς γενέσεως καὶ φθορᾶς τόπου ἐξαναδύναι, πρὸς δὲ τὸ Ἡλύσιον πεδίον καὶ αἰθέρα τὴν ἐλευθέρων μυσικὴν παιδῶν. ἐπειδὴ δὲ ὂν τάξει τὴν ὑπόδοσιν τῆς ὑποχῆς ἐποιοῦτο, διὰ τοῦτο καὶ μαχόμενα, ὡς ἂν οἰηθείη τις, εὑείσκετο παρ' αὐτοῖς σύμβολα, (πτηνῶν, ζώων ἀπέχεσθαι, τὸ καρδίας ἀπέχεσθαι ἐναντίον· εἰ μή πέ τις τὸ μὲν, καρδίας ἀπέχεσθαι, τοῖς ἀρχομένοις παρηγγέλθαι λέγοι· τὸ δὲ ζώων, τοῖς ἤδη τελείοις. ἐπειδὴ δὲ ἡ χρὴ μέρος ὑποχὴ, οἷς τὸ ὅλον ζῶον ἀπηγορεύετο) διὸ καὶ παρέργως προσέχειν δεῖ τῇ λέξει τῆς ἀναβάσεως, ἣν ἐμφαίνει τὰ ἑπόμενα. ΕΙΡΓΟΥ

ΒΡΩ- γὰρ φησιν. εἶτα, ὥσπερ ἐρωτῶντός τινος, ΤΩΝ ΠΟΙΩΝ; ἀπεκρίνατο, ΩΝ ΕΙΠΟΜΕΝ.

καὶ

abſtinentiam inſinuent; ut fabarum quidem in ſeminibus, carnium autem in animalibus; & in his ſecundum genera, quẽadmodum in piſcibus, cum rubellione abſtinendum præcipit,& in terreſtrib⁹ alio, & alio etiam in avibus; cum denique partes aliquas animalium prohibet, uti capite non veſci, neque cauda. In his tamen ſingillatim PURGATIONIS perfectionem eo ipſo exprimit oratio, quod per proprietates quaſdam naturales hoc vel illud ad corporalem quidem abſtinentiam diſponit; per unumquodque autem mortalis affectionis PURGATIONEM inſinuat; & per omnia efficit ut ad ſe converti homo adſueſcat, locumque generationis atque interitus relinquat, & ad campum Elyſium, liberumque ætherem commigret. Quoniam autem ordine Pythagoreis ſiebant abſtinentiæ progreſſus, unde etiam ſymbola nonnulla apud eos ſibi repugnare aliquis exiſtimaverit; (eſt enim quod animantibus abſtinere jubet, ei contrarium, quod veſci corde prohibet: niſi iis qui initiãtur hoc quidem tradi, illud autem adultis atque perfectis putes. Eſt autem parte abſtinere ſuperflue imperatum, quibus totum animal vetitum eſt) ideo diligenter attendere oportet ad ordinis rationem, quæ verſibus ipſis indicatur. ABSTINE enim, ait, CIBIS. deinde, tãquã quib⁹ interrogante aliquo; QUOS DIXIMUS, reſpondit.

Et

Et rurſum, cum ſecundo quæri poſſet, ubi DIXISSENT Pythagorei, & in quibus diſciplinarum traditionibus ciborum abſtinentiam docuiſſent; IN PURGATIONIBUS, ANIMIQUE SOLUTIONE, adjecit: tanquam præcedere PURGATIONES, ſequi autem SOLUTIONEM ſignificet. Sunt vero ANIMI ratione præditi PURGATIONES mathematicæ diſciplinæ. SOLUTIO autem ſurſum promovens, ratiocinatrix eorum quæ ſunt inſpectio. Quo factum eſt, ut ſingulariter locutus ſit, quando INQUE ANIMIS SOLUTIONE adjecit; cum diſciplinas multas mathematice complectatur. Illis ergo, quæ de ANIMO ad PURGATIONEM atque SOLUTIONEM peculiariter dicta ſunt, ea etiam par eſt adjungere de ſplendido corpore, quæ ipſi conveniant. Eſt igitur neceſſe ad PURGATIONES quæ fiunt diſciplinis, eas etiam accedere quæ myſticæ ſunt; & ad ratiocinatricem SOLUTIONEM, ſequi ſacerdotalem diſciplinam quæ ſurſum evehat. PURGANT enim iſta proprie, & ANIMI ratione participis ſpiritale vehiculum perficiũt. Liberant præterea ſordib⁹ à ratione alienis, & ad mũdorum ſpirituũ congreſſus idonee habẽdos præparant. Eſt enim impuro quod purum eſt nefas attingere. Quemadmodum igitur

καὶ πάλιν, ὡς πρὸς δευτέραν πεῦσιν ζητοῦσ᾽, τί εἶπεν οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ ὧν ποίαις μαθημάτων παραδόσεσιν ἀποχὰς βρωμάτων εἰρήκασιν; ἐπάναγε, ΕΝ ΤΕ ΚΑΘΑΡΜΟΙΣ, ΕΝ ΤΕ ΛΥΣΕΙ ΨΥΧΗΣ· ὡς τῆς μὲν ΚΑΘΑΡΜΩΝ φροντιζομένων, τῆς δὲ ΛΥΣΕΩΣ ἐπακολουθούσης. ΚΑΘΑΡΜΟΙ * λογικῆς ΨΥΧΗΣ εἰσιν * δὲ αἱ μαθηματικαὶ ὅτι σῶμα· καὶ ἀνάγωγοι ΛΥΣΙΣ ἡ διαλεκτικὴ τῶν ὄντων ἐποπτεία. διὸ καὶ ἐνικῶς ἀπήγγελται, ΕΝ ΤΕ ΛΥΣΕΙ ΨΥΧΗΣ· τῆς μαθηματικῆς πλείσων ὀπτικωτέρου περιεχούσης. τοῖς ἓν ὀπτὶ ΨΥΧΗΣ εἰς ΚΑΘΑΡΣΙΝ καὶ ΑΠΟΛΥΣΙΝ οἰκείως παρειλημμένοις, δεῖ τὰ ἀναλογοῦντα καὶ ὅτι μάλιστα ὀπτάξαι. ἐκεῖνο τοῖς τε μαθηματικοῖς ΚΑΘΑΡΜΟΙΣ τοῦ τελεστικοῦ συνεισέναι, καὶ τῇ διαλεκτικῇ ΛΥΣΕΙ τὴν ἱεραρχικὴν ἀναγωγὴν συνέπεσθαι ἀνάγκη. ταῦτα γὰρ ἰδίως ΚΑΘΑΙΡΟΝΤΑ, καὶ τελειοῦντα τὸ παθηματικὸν ὄχημα τῆς λογικῆς ΨΥΧΗΣ, τὸ μὲ ὑλικῆς * ἀζωΐας αὐτὸ χωρίζει· πρὸς δὲ * δὴ. τὸ ἀκαθάρτων παθημάτων συνεσίαν ὅτι τηλείως ἔχειν ἀποσκοπίζει. μὴ καθαρὸν γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι ὐκ ἔστι θέμις, ὥσπερ οὐδὲ

ἀταξίας δ᾽ ὁμοίας

ἓν τῷ ψυχῷ ὀπτέον καὶ ἀρετῇ δεῖ κοσμεῖσθαι, ὅπως τοῖς ἀεὶ τοιούτοις σωθῆναι δύνηται· ἔστω δὲ καὶ τὸ αὐγοειδὲς καθαρὸν καὶ ἄϋλον δεῖ παρασκευάσαι, ἵνα ἡ τῶν θείων σωμάτων ἀνάσχηται κοινωνίαν. δι' ὁμοιότητος γὰρ πάντα φιλεῖ πρὸς ἄλληλα συναπτεσθαι· τῇ δὲ ἀνομοιότητι καὶ τὰ ἐγγὺς ὄντα τοῖς τόποις χωρίζεται. τοῦτο τῆς τελειοτάτης φιλοσοφίας τὸ μέγιστον οἱ Πυθαγόρειοι παρέδοσαν, πρὸς τὸν ὅλον τοῦ ἀνθρώπου τελειότητα οἰκεῖον, καὶ σύμμετρον. ὁ γὰρ ψυχῆς μόνης ἐπιμέλειαν ποιούμενος, τῆς δὲ σώματος ἀμελῶν, ἐκ τὸν ὅλον ἄνθρωπον ΚΑΘΑΙΡΕΙ. πάλιν δ' αὖ ὁ τοῦ σώματος οἰόμενος δεῖν ἐπιμελεῖσθαι χωρὶς τῆς ΨΥΧΗΣ, ἢ τὰς τοῦ σώματος θεραπείας συντελέσειν τι τῇ ΨΥΧΗ μηδὲν δι' ἑαυτῆς ΚΑΘΑΙΡΟΜΕΝΗ, τὸ αὐτὸ διαμαρτάνει. ὁ δὲ δι' ἀμφοτέρων οἰκείως θεραπεύων, καὶ ποιεῖ. ἢ, καθάπερ τοῦτο συναπτέσθαι τῇ τῶν ἱερῶν τέχνῃ ἡ φιλοσοφία, ὡς περὶ τὴν τῶν αὐγοειδῶν κάθαρσιν πραγματεία τις ἦν, εἰ χωρίσειας τὴν φιλοσοφίαν τῆς, οὐκ ἔτι τὴν αὐτὴν δυνάμεις εὑρήσεις. καὶ γὰρ τὴν συμπληρώσεως τὴν ἡμετέραν τελειώσεις τὰ μὲν ὁ φιλόσοφος νοῦς παρεξεύρε· τὰ δὲ ἡ τελεστικὴ ἐνέργεια συνεισήγαγε τῷ φιλοσόφῳ νῷ ἐπιμονὴν. λέγω δὲ ἐνέργειαν τὴν αὐγοειδῶς

ΚΑΘΑΡ-

*καθαρῶς

igitur ANIMUM ſcientia atque virtute ornari decet; ut cum talibus verſari queat: ſic & lucidum corpus purum exiſtere, materiaque carere, ut æthereorum communicationem queat tolerare. Solent enim ſimilitudine cuncta inter ſe conjungi: diſſimilitudine autem, etiam quæ vicina ſunt loco moveri, atque ſeparari. Hunc præſtantiſſimæ philoſophiæ modum, ad cumulatam hominis perfectionem aptum & convenientem, tradiderunt Pythagorei. Qui enim animi ſolum curam gerit, corpus autem negligit; non hominem PURGAT integrum. Et qui corporis rurſum, neglecto animo, habendam ſibi ſolum eſſe rationem exiſtimat; aut conducere aliquid ejus ſtudium, EXPURGATO nequaquam per ſe ANIMO; idem peccat & ipſe. Qui autem per utrumque apte incedit, jure id facit, & ita Philoſophiam cum ſacrorum arte conjungit, quæ in ſplendidi corporis PURGATIONE occupata eſt; quam ſi à philoſophica mente ſeparaveris, non amplius vires eaſdem habere inveneris. Ex his enim quæ perfectionem noſtram complent, alia quidem philoſophica mens prius invenit; alia autem adjecit myſtica operatio quæ mentem philoſophicã ſequitur. Voco autẽ myſticã operationẽ, lucidi corporis

purgandi facultatem: ut univerſæ quidem philoſophiæ moderetur quod vires habet contemplandi, tãquam mens; ſequatur autẽ quod in agendo poſitum eſt, tanquam facultas. Sunt vero ejus quod in actione cõſiſtit ſpecies duæ, civilis & myſtica. Illa quidẽ virtutum ope eo ipſo nos liberans quod eſt rationi cõtrarium: hæc autem ſacris artibus terrenas cogitationes amputãs. Exſiſtũt porro civilis philoſophiæ indicium non parvũ, leges ipſæ quæ in publico poſitæ ſunt: myſticæ autem philoſophiæ, civitatum ſacra. Eſt præterea totius quidem philoſophiæ apex mens contemplans; medium autem civilis; ultimũ vero myſtica: retinetque quod primum eſt (ſi cum reliquis duobus comparetur) oculi quidem ſimilitudinem; manus autem atque pedis rationem, quæ ſequũtur, ſi cũ primo conferantur. Quæ quidẽ omnia ita ſunt inter ſe cõjuncta atque ordinata, ut ſit imperfectum quodlibet, ac ſtultũ propemodũ, ſi reliquis deſtituatur. Quo fit, ut in unum coire oporteat veritatis inventricem ſcientiam, & vim illam quæ virtutem profert, & eam etiam quæ puritatem operatur, ut menti duci congruum exſurgat civile opus, utque ambobus iſtis conſentaneum bonum proferatur. Atque hic quidem finis eſt Pythagoricæ diſciplinæ; ut toti penitus alati fiamus ad bonorum divinorum perceptionẽ. ut cum mortis tẽpus inſtabit, relicto

in

ΚΑΘΑΡΤΙΚΗΝ δύναμιν, ἵνα τῆς ὅλης φιλοσοφίας τὸ μὲν θεωρητικὸν περιγνῷ, ὡς νοῦς· τὸ δὲ πρακτικὸν, ὡς δύναμις ἕπηται. τοῦ δὲ πρακτικοῦ δύο θῶμεν εἴδη, πολιτικὸν, καὶ τελεστικόν. τὸ μὲν διὰ τῆς ἀρετῆς τῆς ἀλογίας ὑποκαθαῖρον ἡμᾶς· τὸ δὲ, διὰ τῶν ἱερῶν μεθόδων τὰς ὑλικὰς φαντασίας ἀποτέμνον. διάγραμμα δὲ ἐμικρὸν τῆς μὲν πολιτικῆς φιλοσοφίας, οἱ ἐν κοινῷ κειμένοι νόμοι· τῆς δὲ τελεστικῆς φιλοσοφίας, τὰ τῶν πόλεων ἱερά. καὶ ἔστι τὸ μὲν ἀκρότατον τῆς ὅλης φιλοσοφίας ὁ θεωρητικὸς νοῦς· μέσον δὲ ὁ πολιτικός· καὶ τείτον ὁ τελεστικός. τοῦ μὲν πρώτου πρὸς τὰ δύο τὴν ὀφθαλμοῦ ἀναλογίαν ἀποσώζοντος· τοῦ δὲ μετ' αὐτὸ πρὸς ἐκεῖνο τὴν χειρὸς καὶ ποδὸς ἀξίαν ἐχόντων. πρὸς δὴ ἅπαντα δὲ συνηρμένων, ὡς ἀτελὲς εἶναι ὁτιοῦν τούτων, καὶ ἐξωὺς μάταιον, μὴ τῶν λοιπῶν συνδρομῆς τυγχάνον. διὸ εἰς μίαν ἕνωσιν συνελθεῖν δεῖ τὴν μὲν τῆς μαθείας εὑρετικὴν ὀπτικήν, καὶ τὴν ἀρετῆς περιβλητικὴν δύναμιν, καὶ τὴν καθαρότητος ἀπεργαστικὴν, ἵνα σύμφωνον τῷ ἡγεμονεύοντι νῷ τὸ πολιτικὸν ἔργον ὑποτελῇ, καὶ τούτοις ἀμφοτέροις ὁμολογούμενον* τὸ ἔργον * κε΄ ὑποφαίνῃ. τοῦτο τῆς Πυθαγορικῆς ἀγωγῆς τὸ ἀγαθὸν πέρας, ὅλους δι' ὅλων ὑποπτέρους γενέσθαι πρὸς τὴν τῶν θείων ἀγαθῶν μετάληψιν, ἵν' ὅταν ὁ τοῦ σωματίου χωρὸς ὀκνῇ, καταλιπόντες

ἐπὶ γῆς τὸ θνητὸν σῶμα, καὶ τὴν τούτου φύσιν ἀποδυσάμενοι, πρὸς τὴν ἀρρενίαν πορείαν ὧσιν ἕτοιμοι οἱ τῆς φιλοσοφίας ἀγῶνων ἀθλητᾶι. πότε γὰρ καὶ τὴν ἀρχαίαν αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι σάπιν, καὶ θεοποιεῖσθαι, ὅσον οἷόν τε ἀνθρώποις θεὸς γενέσθαι, μιμούμενος ὁ λόγος διὰ πάσης ἐξῆς.

70 ΗΝ Δ' ΑΠΟΛΕΙΨΑΣ ΣΩΜΑ, ΕΣ ΑΙΘΕΡ' ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΕΛΘΗΣ·
71 ΕΣΣΕΑΙ ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ, ΑΜΒΡΟΤΟΣ, ΟΥΚ ΕΤΙ ΘΝΗΤΟΣ.

Τοῦτο πέρας ἦν πόνων τὸ κάλλιστον. τοῦτο, Πλάτων φησὶν, ὁ μέγας ἀγών, καὶ ἐλπὶς ἡ μεγάλη. τοῦτο φιλοσοφίας ὁ τελεώτατος καιρός. τοῦτο τῆς ἐρωτικῆς, καὶ τελεστικῆς ἔργον τέχνης τὸ μέγιστον, οἰκεῖῶσαι μὲν καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰ ὄντως καλά· ἀπολῦσαι δὲ τῆς τῶν πόνων, ὡς ἔκ πνος καταγείου ἀσκαλάβου τῆς ἐνύλου ζωῆς, καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰς αἰθερίους αὐγὰς, καὶ τῆς μακαρίων ἐνιδρύσαι νήσοις, τοὺς διὰ τῶν περιφερομένων ὁδεύσαντας. τούτοις γὰρ καὶ τὸ τῆς *ἀποθέσεως ἀπόκειται γέρας. ἐπεὶ εἰς χῶρος θεῶν ἡ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ, ἢ τῷ κεκαθαρμένῳ ἀλήθειαν μὲν, καὶ ἀρετὴν ἐν ψυχῇ, καθαρότητα δὲ ἐν τῷ πνευματικῷ αὐτῆς ὀχήματι.

* ἴσως, ἀποθεώσεως

ὅτω

in terra mortali corpore, ejuſque natura exuta, ad cœleſte iter expeditiores fiant philoſophicorum certaminum athletæ. tum enim in primum ſtatũ illos reſtitutum iri, & Deos fore, quantum licet hominibus, verſibus indicatur qui ſequuntur.

70 SIN AUTEM RELICTO CORPORE COMMIGRES AD LIBERUM AETHEREM; 71 ERIS IMMORTALIS DEUS, INCORRUPTIBILIS, NEC AMPLIUS MORTI OBNOXIUS.

Sic ubi depoſito vacuus te ceperit æther
Corpore, vivus ages ſemper, ſemperque beatus.

Hic eſt laborum omnium finis præſtantiſſimus. Hoc certamen, inquit Plato, magnum; hæc ſpes ingens. Hic philoſophiæ fructus perfectiſſimus. Hoc amatoriæ atque myſticæ artis opus maximum: ea videlicet conciliare & afferre quæ vere bona ſunt; malis autem, quibus hic opprimimur, tanquam ex profundo fæculentæ hujus vitæ ſpecu, eripere, & ad ætheream lucem evehere, inque beatorum inſulis eos qui ſuperius iter ſecuti ſunt, collocare. Hos enim etiam exſpectat præmium relationis in Deos, in quorum ordinem adſciſci nemini fas ſit, niſi qui veritatem quidem atque virtutem animo ipſo adeptus ſit, puritatem autem ſpiritali ejus vehiculo.

Ita enim ſanus quidam atque integer effectus in primi habitus formam reſtituitur, ubi ad ſeipſum verarum rationum collectione redierit, omnemque divinum ornatum agnoverit, & hujus univerſi opificem invenerit. Id autem ubi fuerit effectus (quãtum poteſt poſt PURGATIONEM) quod ſemper ii ſunt qui in generationem natura non cadũt; notitiis quidé in univerſo etiam ad Deum ipſum evehitur; ſed quia congenitum corpus habet, etiã loco indiget in quo, aſtri more atque ordine, veluti ſedem exquirit. Cõveniat vero corpori ejuſmodi locus ille qui proxime ſub luna ſequitur; tanquam corporibus quidem corruptioni obnoxiis ſuperior, inferior autem cœleſtibus; quem LIBERUM AETHEREM nominant Pythagorei. AETHEREM quidem, tanquam materiæ expers, atque æternum corpus; LIBERUM autem, tanquam materialium perturbationum vacuum. Quid igitur, cum eo pervenerit, aliud futurus eſt, quam quod innuit, cum FORE IMMORTALEM pronũtiat; non quidé natura, ſed iis ſimilem de quibus in verſuum principio locutus eſt? Quî enim quod facto progrediẽdi initio ad virtutẽ pervenit, atq; eſt in deorũ numerum relatum, idem unquã cum iis valeat exſiſtere quæ ab æterno ſunt ejuſmodi? Atqui idipſum etiam indicat, quod ſequitur; FORE enim DEUM IMMORTALEM,

INCOR-

ἔτω γὰρ ὑγιής τις καὶ ὁλόκληρος γεγόμενος εἰς τὸ τῆς ἀρχαίας ἕξεως εἶδος ἀποκατάστασιν, διὰ τὴν τῶν ὀρθῶν λόγων ἐνώσεως ἀπολαβὼν ἑαυτὸν, καὶ πάντα τὸν θεῖον κόσμον ἀναγνωρίσας, καὶ τὸν δημιουργικὸν τοῦ παντὸς ἔξωθεν. τοῦτο δὲ γενόμενος, ὡς οἷόν τε μετὰ τῶν ΚΑΘΑΡΣΙΝ, ὃ ἀεί ἐστιν οἱ μὴ εἰς γένεσιν πεπηγὸν περυκότες, τὴν μὲν γνῶσιν ἔσω τοῦ παντὸς καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνάγει τὸν θεόν· σῶμα δὲ συμφυὲς ἔχων, ὅπου δεῖ εἰς κατάταξιν ἀστροειδῆ, οἷον θέσιν ζητεῖ. πρέπει δ' αὖ τῷ τοιούτῳ σώματι τόπος ὁ ὑπὸ σελήνην περιεχῶς, ὡς ὑπερέχων τῶν μὲν φθαρτῶν σωμάτων, ὑποδεέστερος δὲ τῆς ἀφθαρσίας, ὃν ΑΙΘΕΡΑ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ οἱ Πυθαγόρειοι καλοῦσιν. ΑΙΘΕΡΑ μὲν, ὡς ἄϋλον καὶ ἀΐδιον σῶμα· ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ δὲ, ὡς ὑλικῶν παθημάτων καθαρόν. πῇ οὖν ἀνεῖσε ἐλθὼν ἔσῃ, ἢ τοῦτο, ὅ φησιν, ΕΣΣΕΑΙ ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ, ὁμοιώμενος τοῖς ὑπ' ἀρχῆς τῆς ἐκ τῶν λεχθεῖσιν ἀθανάτοις θεοῖς, ἢ φύσει ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ. πῶς γὰρ ὑπὸ χρόνου τινὸς περικόπτων, καὶ ἐπιδεδωκὼς εἰς ἀρετὴν, καὶ ὑποδεούσην, τοῖς ἐξ ἀϊδίου τοιούτοις εἰς τὸν αὐτὸν ποτὲ καθεσταίη; δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ περιθήκη· ΕΣΣΕΑΙ γὰρ ΑΘΑΝΑΤΟΣ ΘΕΟΣ, ἐπήγαγεν,

AM-

ΑΜΒΡΟΤΟΣ, ΟΥΚ ΕΤΙ ΘΝΗ-
ΤΟΣ, ἵνα καὶ ἀφαίρεσιν τῶν θνητῶν, ἡ θεοποιία
ἡμῖν νοῆται, ἀλλ' οὐ φύσει, μηδὲ κατ' ἐσίαν
ἡμῖν ὑπάρχουσα, ἀλλ' ὑπερκοσμίως, καὶ κατ'
ὑπόδοσιν ὑπηλλαγμένη. ὡς ἄλλο γένος ΘΕΩΝ
ΘΕΩΝ ΑΘΑΝΑΤΩΝ μὲν τῇ ἀνόδῳ,
ΘΝΗΤΩΝ δὲ τῇ καθόδῳ γινομένων, οἱ
καὶ τὰ ἀγαυὰ ἔργα ἐξ ἀνάγκης ὑποβεβή-
κασιν· εἰ γὰρ ὑπερῆνοι μὲν ἀεὶ νοοῦσι τὸ θεῖον· ὕστοι
δὲ καὶ εἰς ἄνοιαν ἀυτὴν πολὺ πίπτουσιν. ὁ δὲ δὴ
τὸ τρίτον γένος ἡγήσατο, ἢ τὸ μέσον γένος τοῦ
δὲ τρίτου· ὁμοιοῦ *τῷ πρώτῳ γένει ὑποτεταγ-
μένον τῷ μέσῳ. ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐν ἀνθρώποις
ὁρωμένη πρὸς τὰς ἀγαθὰς ὁμοιότης, ἤδη
πρώτως μὲν ὑπάρχει ἡγεμονικωτέρων καὶ προσφυεστέρων τοῖς
ἡρωϊκοῖς καὶ μέσοις γένεσι. καὶ ὅτι κοινὴ καὶ μία
πάντων τῶν λογικῶν ψυχῶν τυγχάνει θεωρεῖ-
ται πρὸς τὸν δημιουργὸν θεὸν ὁμοιότης. αὕτη δὲ
ἀεὶ μὲν καὶ ὡσαύτως ὑπάρχει τοῖς ἀγαθοῖς. ἀεὶ
δὲ μόνον, καὶ οὐχ ὡσαύτως δὲ τοῖς μονίμοις αἰ-
θερίοις. ὅτε δὲ ἀεὶ, ὅτε ὡσαύτως, τοῖς μεταπε-
πτωκόσι. τὸ δὲ πρώτως καὶ ἀεὶ σῳζει ὁμοίωσιν
εἰς θεὸν εἴ τις τὸ δεύτερον καὶ τρίτης ἀπηκα-
σίας ἀπεμάξατο, ἢ τὸ δεύτερον τῆς
δὲ τρίτης, λέγοι ἂν ὀρθῶς. οὐ *μόνον σκοπὸς
ὁμοιω-

INCORRUPTIBILEM, NEC AMPLIUS MORTI OBNOXIUM adjicit: ut ejus quod morti ſubjectum eſt ademptione, DEOS nos factum iri ſignificet; cum neque natura, neque ſubſtantia tales exiſtamus, ſed progreſſu atque profectu evadamus. Quo fit, ut aliud genus iſtud DEORUM ſit, adſcenſu nimirum IMMORTALE, deſcenſu vero MORTALE, heroibuſque illuſtribus neceſſario inferius; cum illi quidem Deum ſemper mente complectantur; iſti autem in ejus ignorationem aliquando incidant. Non enim certe tertium genus fuerit, cum perfectum evaſerit; aut ejus reſpectu quod medium eſt tertium fiet: ſed erit primo generi ſimile, cũ mediis ſubjectum ſit. Quæ enim habitudine cum cœleſtib⁹ eſſe videtur hominibus ſimilitudo, perfectius jã & arctius heroicis mediiſque generibus ante ineſt. Quo fit, ut communis & ſola generũ omniũ ratione præditorũ ea videatur eſſe perfectio, quæ ad opificẽ Deũ accedit. Eadẽ vero ſẽper quidẽ, atque ſimiliter, ineſt cœleſtibus: ſẽper vero tãtũ, nec ſimiliter tamẽ, æthereis illis qui ſtati firmiq; ſunt: nõ autẽ ſemper, neque ſimiliter, æthereis illis qui decidũt, & qui ita natura comparati ſunt, ut verſẽtur in terra. Primã vero atq; præſtantiſſimã ſimilitudinẽ quæ cum Deo eſt, ſi quis ſecũdæ, atque adeo tertiæ exẽplar dicat, aut tertiæ ſecundam; non inepte dixerit. Non enim ſolum is ſcopus eſt,

ut

ut opifici Deo ſimiles efficiamur; ſed ut id regula optimæ, vel mediæ ſimilitudinis ratione conſequamur. Quod ſi ita perfecte minus aſſequimur, vel hunc ſaltem virtutis fructum maximum percipimus, quod naturæ noſtræ modū nec ignoramꝰ, nec ferimus indigne. Eſt autem virtutis permaximæ, creationis finibus, quibus omnia ſpeciatim diſtincta ſunt, ſeſe continere; ipſaſque ſequi providentiæ leges, quibus omnia pro cujuſque viribus ad bonum congruum feruntur, atque adjunguntur. Atque hæc quidem eſt aureorum carminum noſtra explanatio, qua Pythagorea dogmata mediocri compendio in conſpectum unum poſuimus. Decebat enim neque verſuum brevitate ſermonum noſtrum nos metiri: (ita namque latuiſſet cur optime multa præcepta ſunt) neque rurſum per univerſam philoſophiam extendere: (fuiſſet enim id majoris operæ quam præſens ratio poſtulat) ſed ſcribendi modum, quantum fieri potuit, ad eorum ſenſum referre, eaque tantum dicere quæ ad generalem dogmatum, quæ verſibus continentur, explicationem facerent. Sunt enim nihil aliud verſus iſti, quam philoſophiæ imago abſolutiſſima, ſummorumque in ea dogmatum compēdium, atque elementaris inſtitutio poſteris relicta ab iis, qui legem divinam ſecuti in cœlum ſublati ſunt:

quas

ὁμοιωθῶμεν τῷ δημιουργῷ θεῷ, μηδὲ πρὸς
κανόνα τὸν ἀείσιμον, ἢ τὴν μέσην ὁμοίωσιν. εἰ δ'
ὑπολαμβάνοιεν τάττων τυγχάνομεν, καὶ τὸ τέλειον
τῆς ἀρετῆς ἐν τούτῳ καρπούμεθα, ἐν τῷ τὸ μέ-
τρον τῆς οὐσίας ἡμῶν μήτε ἀγνοεῖν, μήτε δυσχε-
ραίνειν. ἀκροτάτη δὲ ἀρετὴ τοῖς τε τῆς δημιουργί-
ας ὅροις ἐμμένειν, οἷς πάντα καλῶς εἶδος διακέκει-
ται, καὶ τοῖς τῆς οὐσίας ἕπεσθαι νόμοις,
δι' ὧν τὰ πάντα πρὸς τὴν οἰκείαν δύναμιν
πρὸς τὸ σύμφερον ἀγαθὸν οἰκονομεῖται. τοιαύτη
τις χρυσῶν ἐπῶν ἡ ἐξήγησις ἡμῖν γέγονε, σπου-
δὴ ἔχουσα ἐν αὐτῇ Πυθαγορείων δογμάτων με-
τείαν σώζειν. ἔδοξε γὰρ μήτε ἐν τῇ τῶν ἐπῶν
βραχύτητι σῆσαι τὸν λόγον (ὅτῳ γὰρ ἂν πολλὰ
διέλαθεν, ὅτι καλῶς νενομοθέτηται) μήτε εἰς
μῆκος ἐκτεῖναι τὴν ὅλης φιλοσοφίας αὐτὸν
(μεῖζον γὰρ τοῦτο, ἢ κατὰ τὸν παρόντα λόγον).
μηδὲ τὸ μέτρον τοῦ λόγου, ὅσον οἷόν τε, πρὸς τὴν
τούτων ποίησαν νεῦν, τοσοῦτον μόνον ἐν αὐ-
τοῖς ἐξαπλώσαντας, ὅσον ἐκ τῆς καθόλου δογ-
μάτων τῆς τῶν ἐπῶν ἐξηγήσεως προσήκοντες.
ἔστι γὰρ ἑκὼν ἄλλο τὰ ἔπη ταῦτα, ἢ τις ὑφ' ὁτα-
οῦν αἱρετικῆς φιλοσοφίας, καὶ τῆς κεφαλαιωδεστέ-
ρων αὐτῆς δογμάτων ὀπτομένη, καὶ τὸν
τὸν θεῖον νόμον ἀναβεβηκότων συγγεγραφεῖ-
σα τοῖς μετ' αὐτὸν παιδευτικὴν στοιχείωσιν·

ἃ

ἃ δὲ καὶ τῷ ὄντι εἴπῃς ἂν τῆς ἀνθρωπίνης εὐημερίας εἶδη γνώσιμα κάλλιστον, καὶ ἓν ἔχ ἑνός τινος τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημόνευμα, ὅλε ἢ τῆς ἱερᾶς συλλόγε, καὶ ὡς αὖ αὐτοὶ εἴποιμεν, τῶν * ὁμαίμων πανὸς ὑπόφθεγμα κοινόν. διὸ καὶ νόμος ἦν ἔωθέν τ ἀνιστάμενος αὐτὸς ἀκροᾶσθαι τούτων τῶν ἐπῶν, ὥσπερ τινῶν Πυθαγορικῶν θεσμῶν, ἑνός τινος ὑπαναγινώσκοντος· καὶ φρὸς ἑσπέραν εἰς ὕπνον μέλλοντας τρέπεσθαι· ὅπως αὖ τῇ συνεχείᾳ τ μελέτης τῶν τοιούτων λόγων, ζῶντα ἐν αὐτοῖς ὑποφήνωσι τὰ δόγματα. ὃ δὴ καὶ ἡμᾶς ποιεῖν δίκαιον, πρὸς τὸ συναίδεσθαι τ ἀπ' αὐτῶν ὠφελείας ὀψὲ γᾶν ποτε κλήσαντας.

* ἴσως ὁμακοεῖς

ΤΕΛΟΣ.

quàs certe humanæ etiam ingenuitatis documentum optimum revera queas nominare; nec putare Pythagorici cujuſdam commentationem exſiſtere; ſed totius ſacri cõvent⁹, atq;, ut ipſi dixerint, ὁμαήθ, id eſt, ſimul audientis cœtus univerſi, præclaram ſententiam. Quo factum eſt, ut mane verſus iſtos, tanquam oracula Pythagorica, recitante aliquo, audire, idemque veſperi, cum ſe ad ſomnũ converterent, facere, lex eſſet; ut aſſidua ejuſmodi ſermonum meditatione, qualia in eis viverent dogmata appareret. Quod ſane & nos etiam obſervare juſtum fuerit; ut quam tandem ab eis utilitatem colligere valeamus, experiamur.

FINIS.

Candido Lectori.

NONNULLA ſunt, amice lector, quorum te monitum volui. Primum, magnam tibi PETRO MORINO, viro probiſſimo atque doctiſſimo, habendam eſſe gratiam; cujus opera effectum eſt, ut multis in locis ex Vaticana bibliotheca exemplar noſtrum emendatum ſit. Deinde, uſum me eſſe, cum ex Italia redirem, PENSIROLAE, J. C. Taurino eo tempore profitentis, codice ad horam unam; ex cujus brevi inſpectione Vaticanæ lectionis fides mihi confirmata eſt. Præterea, quæcunque ad Græcæ editionis imaginem notata videris, conjecturas meas eſſe, in quibus exemplariũ deficiebat autoritas, ſive mutari debere aliquid, ſive adjici crederem: quod tamen judicio tuo relinqui vellem. Vale.

AUREA PYTHAGOREORUM CARMINA

Latine converſa, multiſque in locis emendata, illuſtrataque adnotationibus; quibus etiam Hieroclis interpretationi non parum lucis adfertur.

Autore
THEODORO MARCILIO.

LONDINI,
Ex officina ROGERI DANIELIS,
MDCLIV.

NOBILISSIMO GENERE NATIS, ATQUE EXIMIA

ſpe animi & ingenii præditis adoleſcentibus, Guilielmo, Carolo, & Richardo Percis, fratribus, Anglis, nobiliſſimi ac fortiſſimi viri comitis Northumbriæ filiis S. P. Dico.

QUod parens eloquentiæ Latinæ M. Cicero, de Q. Hortenſii oratoris indole poſuit in Bruto, illius admodum adoleſcentis ingenium, ut Phidiæ ſignum ſimul adſpectum & probatum fuiſſe; id mihi, quotieſcunque in vos intueor, Guilielme, Carole, ac Richarde Percii, adoleſcentes nobiliſſimi, in mentem venire ſolet, ac videri de nemine rectius quam de vobis uſurpari poſſe, quibus egregia quædam præclaraque indoles omnium voluntates conciliat; perinde ut ſicubi lumen aliquod in tenebris effulſit, omnium eo repente oculi conjiciuntur. Tanta enim decoris & honeſtatis elegantia eſt, ut non ſolum adultæ jam ſpecies pulchritudoque virtutis, ſed etiam ſpes atque exſpectatio creſcentis, admiranda, & ſingulari omnium caritate digna exiſtimetur. Sed ut in natis è terra ſtirpibus, quanquam flores magnæ jucunditati eſſe conſueverunt, cum & adſpectu pul-

cherrimi ſint, & fructum polliceantur; tamen quia & voluptatem illam momentaneam eſſe, & baccarum ubertatis exſpectationem fallacem, atq; in caſu poſitam eſſe intelligimus, ipſa fructuum maturitate quamprimum perfrui optamus: ſic mihi de præclara indole animi veſtri ad omnem decoris atque dignitatis excellentiam jucundiſſime cogitanti, majorem tamen ipſa laudum veſtrarum perfectio, & virtutis quaſi maturitas voluptatem adferret. Illa vero quanquam ſine acceſſione quadam ætatis contingere ſolet nemiſi, cura tamen diligentiaque accelerari poteſt; quemadmodum fructus interdum diligentiore quodam cultu matureſcere videmus, antequam ipſum maturitatis tempus appropinquarit. Qua virtutis accèleratione, nihil ad laudem inſignius homini accidere in vita poteſt. Nam quæ major commendatio ad gloriam Octaviano eſſe potuit, quam illud M. Tullii teſtimonium in Philippicis, *C. Cæſarem ineunte ætate docuiſſe, ab excellenti eximiaque virtute progreſſum ætatis exſpectari non oportere?* Quam illi etiam Ovidius poeta ingenioſiſſimus virtutis anticipationem tribuit, quaſi apicem totius dignitatis; appoſito etiam Herculis ac Liberi patris exemplo, qui etſi omni genere laudis cumulatiſſimi fuerint, tamen illud unum ad gloriam & ſummam dignitatem quaſi eximium habuerunt, quod ætatis progreſſionem, curſu quaſi quodam virtutis anteverterunt.

Parcite natales timidi numerare Deorum,
Cæſaribus virtus contigit ante diem.

Ingenium

Ingenium cœleſte ſuis velocius annis
Surgit, & ignavæ fert male damna moræ.
Parvus erat; manibuſq; duos Tyrinthius angues
Preſſit, & in cunis jam Jove dignus erat.
Nunc quoq; qui puer es, quãtus tunc Bacche fuiſti
Cum timuit thyrſos India victa tuos!

Sic ne Alexandro quidem illi, qui propter magnitudinem rerum geſtarum, magni cognomentum ipſum traxit ex virtutis magnificentia major laus tribui potuit ea qua decoratus à M. Tullio eſt in eadem oratione; *ex illius vita judicari poſſe virtutis eſſe quã ætatis curſum celeriorem.* Quæ vobis exempla, nobiliſſimi adoleſcentes, ad imitandum propoſita eſſe cupio, ut iiſdem quaſi gradibus, ad ſummam totius honeſtatis amplitudinem adſcendere pugnetis, quæ cum omnibus bene à natura informatis, tum vobis tali genere ortis, inprimis propoſita eſſe debet, quaſi extremum, quo curæ cogitationeſque omnes conferendæ ſint. Sed quid Romanorum vobis aut Græcæ nationis exempla proponere attinet, cum domeſticis abundetis? Omitto enim de aliis qui in Perciorum familia nobiliſſima omni genere laudis floruerunt; quos non dicam illuſtrare laudando, ſed percenſere numerando infinitum eſſet: unum parentis veſtri ſummi viri exemplum eſt, unde transferri poſſit imitatione, quicquid in ullo genere admirandum, atque omni ſtudio complectendum eſt. Hujus igitur ſi veſtigiis ingreſſi ad eandem laudis & gloriæ magnitudinem acriter incumbere perrexeritis, neminem dubitaturum arbi-

tror, quin flori ætatis, qui nunc ſuavitate quadam propinquæ ſpei omnes movet, brevi maximarum virtutum ubertas & copia reſponſura ſit.

Quod cum vehementiſſime cuperem, etſi veſtra ſponte jam excitati eſſetis, tamen facere non potui, quin etiam currentes, ut dicitur, incitarem; ut, non quidem ſtudioſius, nam id fieri vix poteſt, ſed fortaſſe majore animo & fiducia, parentis veſtri exemplo, virtuti & gloriæ ſerviretis. Eoque adductus ſum ut Pythagoræ carmen aureum, breviter à me adnotationibus illuſtratum vobis offerrem, quaſi teſtificationem potius eximiæ veſtræ indolis, ac in harum artium diſciplinis liberaliſſimis diligentiæ prope ſingularis, quam induſtriæ languentis excitationem.

Hoc igitur munus vobis fauſte, feliciter, proſpereque evenire, & quia in lucem exiturum eſt, aliis etiam optimarum artium ſtudioſis utilitati eſſe cupio, vehementerque opto. cumulatius enim quod propoſitum mihi eſt, conſecutus videbor, ſi non vobis tantum, ſed veſtra cauſa etiam cæteris hoc carmen fructuoſum erit; quia ut veſtræ in omnes humanitatis indolem perſpexi, etiam vobis nihil jucundius accidere poſſe intelligo, quam ſi quis vobis gratificari cupiens, eo ipſo de quamplurimis optime promereatur. Itaque ſic interpretationem hujus carminis temperare conatus ſum, ut neque multa quæ propter ætatem à vobis intelligi non poſſent, de Pythagoræ decretis philoſopharer, neque à rerum ipſarum

ipſarum inſpectione averſus viderer, ac ſyllabas tantum & vocabula quædam pueriliter aucupari. Pleniſſimam vero ſententiarum, quæ tanquam myſteria, his verſibus conſignatæ ſunt, ſi explicationem aggredi voluiſſem, & omnia quæ de Pythagoræ divini viri præceptis ad hujus inſtituti rationem accommodata erant conquirere; bibliothecæ ejuſdem argumenti libris impleri potuiſſent. Quid enim uberius ad dicendum eſt, quam de Diis immortalibus, de pietate in parentes, de immortalitate animorum, aliiſque ſexcentis philoſophiæ locis, graviſſimæ diſputationes? Sed mihi hoc tempore ſpectandum fuit, non tam quid uberrime aut ingenioſiſſime, quam quid aut ad veſtram ætatem, aut ad legentium opportunitatem convenientiſſime diceretur; ne ingenii oſtentatio puerilis à me ſuſcepta videretur potius, quam ratio inita fuiſſe, ut ſtudiis veſtris acceſſio quædam adjungeretur.

Hæc igitur cum voluntatis erga vos meæ inclinatio tam brevi tempore, à quo mihi primum cogniti eſtis, nata fuerit, exiſtimare vobis licet quanta ſit in vos pietas & quantus amor parentis, à quo ſpiritus hic quem ducitis, patrimonium, libertas, civitas vobis tradita eſt; quanta veſtri doctoris, cui in diſciplinam privatim dati eſtis, ornatiſſimi viri, de veſtra in omni genere laudis progreſſione, cura & cogitatio ſit, quorum exſpectationem ſine magna culpæ reprehenſione & languoris vituperatione fallere neutiquam poteſtis.

Quamobrem pergite ut facitis, nobiliſſimi

adoleſcentes, & in artium pulcherrimarum ſtudium, in quo eſtis, incumbite, ut virtutis & ſapientiæ magnitudine traditam à parente vobis hæreditatem laudis & gloriæ tueamini, atque immortalibus ejus erga vos meritis, referte propagatam veſtra virtute Perciorum familiæ immortalitatem; perſuaſi, ut res eſt, ſanctius parenti à liberis officium præſtari nullum poſſe, quam ſi etiam tunc cum è vita exceſſerit, virtute illorum ac meritis quaſi renaſci, & interitu ipſo vitam adeptus eſſe videatur. Valete, Lutetiæ, Calend. Februarii, ɔIↃ. Iↄ. XXCV.

Veſtræ dignitati addictiſſimus

Theodorus Marcilius.

NOBILISSIMIS, AC SUMMA SPE ANIMI ET INGENII prædítis fratribus, Guilielmo, Carolo, & Richardo Perciis, Anglis, Comitis Northumbriæ filiis.

Quis fuit à toto qui credidit orbe Britannos
Diviſos? at nil junctius eſſe poteſt.
Ingeniis nam læta ſuis nunc Anglia, late
Æternum in toto poſſidet orbe decus.
Quale tui Guiliclme, tui vel Carole creſcit,
Vel Richarde tui delicium ingenii;
Quod nunquam poterit cupienti ſpernere ab orbe
Immenſi refluens alveus Oceani.
Creſcite Germani, ſecli tria ſidera, fratres;
Nec lævo pereat ſidere veſtra ſeges.

TH. M.

ΤΑ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ΕΠΗ ΤΑ ΧΡΥΣΑ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκεινται,
Τίμα· καὶ σέβου ὅρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς.
Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.
Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ὀνιγεαῶντας.
Τῶν δ' ἄλλων ἑταῖρον ποιεῦ φίλον, ὅστις ἄριστος.
Πραΰνου δ' εἴκοντα λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισιν.
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδα, εἰ νέον ἁμπλακίῃς,
Ὄφρα δυνώμεθα δυώαμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Ταῦτα μὲν ὅπως ἴσθι. κρατεῖν δ' ἐθίζεο τῶνδε·
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, καὶ ῥαθυμίης τε,
Καὶ θυμοῦ. πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
Μήτ' ἰδίῃ. πάντων δὲ μάλιστα αἰδοῖο σεαυτόν.
Εἰρήνην δικαιοσύνῃσιν ἀσκεῖν ἔργῳ τε, λόγῳ τε.
Μηδ' ἀμελίσσως σεαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἐθίζειν·
Ἀλλὰ γνῶναι μὲν ὡς πάντεσσι πέπρωται ἅπασι
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κλητὰ φίλα, ἄλλοτ' ὀλητά.
Ὅσα τε δαιμονίοισι τύχαις ξυνοικεῖ ἄλγε' ἔχουσιν,
Ὧν αὖ μοῖραν ἔχῃς, πραπίδων φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.
Ἰητρὸς δὲ πρόκειται καθ' ὅσον δύναται· ὧδε δὲ φέρζε·
Οὐ πάντα τοῖς ἀγαθοῖς ἥδιστα πολὺ μοῖραν δίδωσι.
Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δόλιοί τε, καὶ ἐσθλοὶ
Πρόσσιπποι· ὧν μήτ' ὀκνήσῃς, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
Εἰρηνὰς σεῦ λόγον. ψευδῆ δ' ἐπέων τιν' ἐάσῃ,
Ἡρᾴως ἴσχ. ὃ δέ τοι ἐρέω, σπεῦδ' πᾶσι τελεῖσθαι.

Μηδεὶς

AUREI PYTHAGOREORUM
verſus Theodoro Marcilio interprete.

PRæcipuo dignare Deos cultu, ordine legis,
Æternos; jurata pie ſervato: ſecundi
Heroum generi claro debentur honores.
Poſtea terreſtres Genios cole, rite litatis
Sacris. nec tibi ſint juſto ſine honore parentes,
Sanguineq; adjuncti. ex aliis tua formet amicũ
Deinde tibi virtus, ut quiſq; erit optimus, illi
Obſequere officiis, & dictis lenibus; illi,
Si leviter peccet, bonus ignoviſſe memento,
Quod poteris, cũ vi namq; eſt cõjũcta facultas.
Hæc rata ſint. Poſt illa modũ quoq; figere pugna
Rebus aqualiculi, & ſomno, Veneriq; profanæ,
Atque iræ. tum turpe nihil, ſive arbiter adſit,
Sive agites ævum ſolus, conceperis, ipſe
Te ante omnes reverẽs. tũ ſervantiſſim⁹ æqui
In factis dictiſq; ſuas: neq; mobilis unquam
Vivito & imprudens, ſed mortem ſcito manere
Omnibus: ergo & rem facere, atque expendere nummos,
Cum uſus fiet, ama. tũ quæ nos cœlitus urgẽt
Aſpera, de his placideq; tuam & ſine murmure partem
Diſce pati; tamen ut pugnes ratione mederi,
Quod poteris, reputeſq; animo divinit⁹ illa haud
Sæpe venire probis. Variis ſermonibus autem
Sæpe calent aures, rectis praviſq; : ſed illos
Nec metuẽs horreſce nimis, neq; credul⁹ audi.
Et ſi quis referat vaniſſima, tu tamen uſque
Æquum animi ſerves; atque hoc ſimul accipe dictum.

Ne

Μηδεὶς μήτ' λόγῳ σε παρείπῃ, μήτ' π ἔργῳ
Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ὄῃσι.
Βουλὰς ὃ περ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὸς πέλῃ.
Δῆλῆ τι φρήσῃν τ', λέγῃν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός.
Ἀλλὰ ἰὰδ' ὀπλεέῃν, ἅ σε μὴ μετέπῃ τ' ἀνιήσῃ.
Πρῆσσε ὃ μηδὲν τῆμὴ ὀπίσασθαι· ἀλλὰ δικάζου
Ὅσσα χρεὼν, κὴ τερπνότατον βίον ὧδε διάξῃς.
Οὐδ' ὑγιείης τ' ἄρι σῶμ' ἀμῦναι ἔχῃν χρή.
Ἀλλὰ ποτῆ τ' μέζον, κὴ σίτου, γυμνασίων τε
Ποιεῖσθ. μέτρον ὃ λέγω τόδ', ὃ μήσ' ἀνιήσει.
Εἰδήζου ὃ δίαιταν ἔχῃν καθάρσιον, ἀθρυπτον.
Καὶ πφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχῃ.
Μὴ δαπανᾶν ἄλογα κτεῤῥὰ χαμεὸν, ὁποῖα κλυῶν ἀδαήμων·
Μηδ' αὐχεύθερος ἴσθι. μέζον δ' ὀπὶ πᾶσιν ἄειρον
Πρῆσσε ὃ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ· λόγισαι δὲ περὶ ἔργου.
Μηδ' ὕπνον μελαχοῖσιν ἐπ' ὄμμασι περσδέξασθαι,
Πρὶν τ' ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπῤῥυθμῆν·
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι· κὴ μετέπῃτα
Δῆναὶ μ' ἐκπρήξας ὅτι πλήσεο· χρησὰ ὃ, τέρπου.
Ταῦτα πόνῃ, ταῦτ' ἐκμῦέται· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε.
Ταῦτά σε τ' θείης ἀρετ' ὁδὸς ἴχνια θήσει.
Ναὶ μὰ τ' ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως. ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον
Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. τούτων ὃ κρατήσας
Γνώσῃ ἀθανάτων τ' θεῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Σύστασιν, ἦ τ' ἕκαστα διέρχεται, ἦ τ' κρατεῖται.

Γνώσῃ,

Ne inducare cave dictis factiſve benignis,
Ut facias ſanæ quod non eſt utile menti.
Si aggrediare ad opus conſulta, ne quid inepte
Suſcipias. ſine mẽte agere aut effundere verba
Non ſani eſt hominis. Tu vero perfice quæ nõ
Poſt infecta velit ſerus dolor eſſe, nec unquã
Incipe quod neſcis; ſed primum diſcere tenta,
Si quid opus; ſic læta fluent tibi tempora vitæ.
Corpore item ut valeas non neglige, quod tibi firmum
Efficies, epuliſq; modum, vino atque labori
Præſtituẽs: modꝰ autẽ eſto nõ duriter angens.
Sed victum ſine deliciis, ſine ſordibus opta.
Præterea invidiæ ſcelus irritare caveto.
Nec facito indecores, turpis quaſi ganeo, ſũtus,
Nec reſtrictꝰ eas; modꝰ in re optabilis omni eſt.
Res age quæ tibi non obſint; ratione moveri
Sollers. nec dulci declines lumina ſomno,
Quã ter quoq; die reputes quid feceris; in qua
Parte modum exceſſi, quid perfeci, aut quid omiſi.
Atq; ita procedens adjunge noviſſima primis.
Si male geſtum aliquid, tute argue; ſin bene, gaude.
Hæc ſatage, hæc meditare, ſit hic amor unus, in ipſa
Te hæc diviſi habitus veſtigia clara reponẽt.
Juro tibi hũc à quo datus ille quaternio mẽti
Noſtræ, ex quo natura fluit ceu fonte perenni.
Sed nil fas tẽtare homini quin ante precetur
Fortunare ſibi hoc Divos. Hæc omnia ſervans
Mẽte animi ſeriẽ agnoſces hominũ atq; Deorũ
Quatenus in re omni patet aut reſtringitur.
idem Diſces,

Γνώσῃ δ', ἣ θέμις ἐστὶ, φύσιν θεοῖ παντὸς ὁμοίω.
Ὥστε σε μήτ' ἄελπτ' ἦμεν, μήτε τι λίην.
Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας,
Τλήμονας, οἳ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων ἔτ' ἐσορῶσιν,
Οὔτ' κλύουσι, λύσιν θ' κακῶν παῦροι σωίσασι.
Τοίη μοῖρα βεβηκὼς βλάπτῃ φρένας. οἳ δ' κυλίνδεσις
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρουσ' ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
Λυγρὴ δὲ σωοπαδὸς ἕεις βλάπτουσα λέληθε
Σύμφυτος· ἣν δ' ἀεὶ πρόσαγε· εἴκουσα δ' φάγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλῶν γε κακῶν λύσειας ἅπαντας·
Ἦ πᾶσιν δείξαις οἷῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
Ἀλλὰ σὺ θάρσει· ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
Ὧν εἴ τοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω,
Ἐξακέσῃ, ψυχὴν δ' πόνων ἀπὸ πάντων λύσῃς.
Ἀλλ' εἶργε βρωτῆς, ὧν εἴρυμαι, ἔν τε καθαρμοῖς,
Ἔν τε λύσει ψυχῆς κείνων. μὴ φροίμιά δ' ἕκαστα
Ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀείρου.
Ἣν δ' ὀλέσῃς σῶμα ἐς αἰθέρ' ἰὼν θείοιο
ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός.

Diſces, qua pote, naturam diffuſa per omnem
Portio quæ rata contineat, ne plurima ſperes
Non ſperãda homini, aut à vero devius erres.
Cernere erit duris homines involvier ultro
Caſibus; heu miſeros, bona qui acceptare propinqua
Non oculis, non aure velint; pauciq; malorum
Finem perſentire queant. Hæc ſcilicet illa
Sunt, animis quæ fata nocent; his corda cylindris
Huc illuc volitant, mala nunquam exhauſta ferentes.
Namque comes lædit contentio ſæva latenter
Inſita; quam irritare nocet; cui cedere lucrũ eſt.
Juppiter O quibus erueres mortalia curis
Secla, ſuum ſi cuique dares agnoſcere vitæ
Cuſtodem Geniũ! Sed enim te fidere oportet,
Humano ſiquidem generi cœleſtis origo eſt.
Atque illi natura palam divina locavit
Omnia: quorum ſi ulla tibi pars contigit, illis
Rite animum purgans quibus impero, deniq; vinces,
Atque malis animum eripies è talibus. Ergo
A vetitis te averte epulis; & ſive piare
Corpꝰ, ſive animũ à ſenſu revocare neceſſe eſt;
Utere delectu, atq; inquire in ſingula; vitam
Tempere t ut ratio quaſi currũ auriga volanté.
Sic ubi depoſito jam corpore, libera cœli
Templa penetraris, Deus immortalis, & omni
Spretus ab illuvie terrarum, eris integer ævi.

FINIS.

In hac interpretatione, illud
Καὶ πεφύλαξό γε πᾶσι τὰ ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει
convertimus,
Præterea invidiæ, &c.------
Nam & invidia & reprehensio intelligi potest verbo utroque, nempe & φθόνῳ & μέμψεως. Res enim cognatæ sunt livor ac reprehensio. Quare utrumque hac in re verbum usurpavit Hierocles. Modo enim à Pythagora præceptum esse ait, ut φθόνον fugiamus, modo ut μέμψιν.
Præterea in illis
------*Et sive piare*
Corpus, sive animum, &c.-----
Discessimus ab interpretatione Hieroclis. Nam is quidem sic intelligit hunc locum, quasi dixerit Pythagoras,
Ἀλλ' ἄειρε βρωτὰ ὧν εἴπομεν ἐν καθαρμοῖς,
Ἐν τε λύσει ψυχῆς. κεῖνον, καὶ φράζεο ἕκαστα.
Hoc est.
Verum epulas remove, quas diximus; inq; piandi
Præceptis animi & revocandi á sensibus. Ergo
Vtere delectu, atq; anquire in singula, &c.---
Quæ si germana Pythagoræ sententia est, mutari debebit interpunctio, sic ut paulo ante posui.
Cæterarum interpretationum ratio petenda ex adnotationibus. Jam illud,
Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν.-- --
Profert etiam quasi Pythagoræ dictum Epictetus apud Arrianum lib. 4. c. 6. & ἁπλήστου exposuit ἐπιμελῆ ἑαυτοῦ καὶ ἐγκαλεῖν.

DE AUTORE:

CArmen hoc literis non esse conscriptum à Pythagora, doceri posse videtur illorum testimoniis qui asserunt nihil unquam in scriptis relictum fuisse à Pythagora. Nam & Lucianus, ὁ Θεσπέσιος, inquit, Πυθαγόρας, μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῆς αὑτοῦ ἠξίωσεν. hoc est, *Divinus vir Pythagoras nullam doctrinæ suæ partem literis consignatam ipse nobis relinquere voluit.* Et Josippus, Πυθαγόρου μὲν οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα, id est, *Pythagoræ nullum de quo certo constet scriptum est.* Et D. Hieronymus, qui cum dixisset in Pythagora se nescio quid legisse, refellerat eum Rufinus negans ullum exstare scriptum Pythagoræ; cui respondet his verbis D. Hieronymus, *De dogmatibus, non de libris locutus sum, quæ potui in Cicerone, Bruto, ac Seneca discere. Lege pro Vatinio oratiunculam, & alias, ubi sodalitatum mentio fit. Revolve dialogos M. Tullii; respice omnem oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, & Pythagoreorum dogmatum inciſa publicis literis æra cognosces*, &c. Ergo fatetur D. Hieronymus nihil unquam literis conscriptum

Lib. de Lapsu in salutatione.

Orig. Judaic. l. 1.

Epist. adversus Rufin.

fuiſſe à Pythagora, non facturus ſi refellere potuiſſet.

Contra vero Laertius eos qui dicunt à Pythagora nihil conſcriptum eſſe, διαπαίζειν, hoc eſt, *jocari* ait; atque ipſe initia quædam profert librorum Pythagoræ. Et Plinius adducit quædam ex libro Pythagoræ. Proclus item Pythagoræ citavit orationem ad Abarum. Hoc igitur in medio fortaſſe relinquendum eſt.

c. 17. lib. 14.

Lib. 3. in Timæum Plat.

De carminis autem hujuſce autore ſummatim dici poteſt, ſententias quidem ipſas & decreta eſſe Pythagoræ, verſibus autem ea conſcripta, & in lucem edita fuiſſe à Pythagoreis. Quæ ſententia eſt D. Hieronym. *Cujus enim ſunt illa*, inquit, χρυσᾶ παραγγέλματα; *nonne Pythagoræ? in quibus omnia ejus breviter dogmata continentur; & quæ latiſſimo opere Philoſophus commentatus eſt Iamblichus, imitatus ex parte Moderatum virum eloquentiſſimum, & Archippum, & Lyſidem Pythagoræ auditores. Quorum Archippus ac Lyſides in Græcia, id eſt, Thebis ſcholas habuere, qui memoriter tenentes præcepta doctoris, ingenio pro libris utebantur.* Quæ D. Hieronymi ſententia confirmatur illo carminis hujus verſu Ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ, &c. Jurat enim quicunque ille eſt carminis hujuſce autor, Pythagoram quod in Pythagoræ ipſius perſonam cadere non poſſe, nempe ut ſe ipſe juret, facile quivis intelligit.

Loco citato.

Hinc ergo factum eſt, ut apud autores interdum carmen hoc tanquam ipſius Pythago-

ræ

ræ citetur; alias vero quasi discipulorum Pythagoræ. Nam Proclus quidem Pythagoram τὴν χρυσῶν ἐπῶν πατέρα vocavit, hoc est, *Aureorum versuum parentem*. Parentis nomine, ut opinor, intelligens non scriptorem hujus carminis, sed sententiarum autorem. Quo sensu etiam vir doctissimus Clemens Alexandrinus quendam hujus carminis versum proferens, præceptum id esse inquit Pythagoræ. Καί μοι δοκεῖ σωτὴς τοῦτο ὁ Σάμιος παραγγέλλειν Πυθαγόρας.

Δειλὰ μὰ ὀπτορίξας - - -

Hoc est, Atque, ut equidem opinor, intelligens hoc Samius ille Pythagoras monet, &c.

Lib. 3. in Timæum Plat.

Pædagog. c. 10. lib. 1.

Contra vero Chrysippus apud Agell. & Plutarchus Pythagoreis tribuunt carmen hoc, non Pythagoræ. Galenus etiam se dubitare ostendit, παύτας, inquiens, δὴ τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις. *Illa quæ feruntur Pythagoræ præcepta*. Et Suidas fatetur sibi carminis hujus autorem esse incognitum. τινὲς δ', inquit, ἀναπιθέσιν αὐτῷ καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη. id est, *Nonnulli vero etiam Aureos versus ei attribuunt*. Quæ dubitatio Suidæ nata esse videtur ex illis Laertii verbis, τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ. id est, *Quod vulgo scriptum esse fertur Pythagoræ, id Lysidis Tarentini est, qui auditor fuit Pythagoræ*.

c. 2. l. 9. In consol. ad Apollon. Lib. de cognitione & curatione morborum animi. In verbo Pythagoras. In Pythagora.

Ergo Laertius Lysidem autorem hujus carminis agnoscere videtur; alii Philolaum suspicati sunt.

Argumentum.

TOtius autem libri hæc ſententia eſt. Primum de officiis agitur adverſus Deum, parentes, propinquos, & amicos ſervandis; deinde vero de moribus atque inſtitutione vitæ privatæ. cujus partis initium eſt κρατεῖν δ' εἰδίζεο τῶνδε.

Carmen autem hoc univerſæ Pythagoreorum philoſophiæ quaſi compendium eſſe intelligitur ex verbis *D. Hieronymi* paulo ante citatis, cum inquit; *Aureis Pythagoræ præceptis, omnia ejus breviter dogmata contineri.* Quod ipſum ex iis quoque planum fieri poteſt quæ vir doctiſſimus *Hierocles* in hunc librum copioſe philoſophatus eſt, exemplo, ut opinor, *Iamblichi*: de cujus commentariis in hunc librum commemorat *D. Hieronymus.* Quanto autem carmen hoc in pretio fuerit olim, ex eo intelligere licet, quod *Galenus, tanquam remedium ad morbos animi convenientiſſimum, ſe conſueviſſe ait ſemel atque iterum carmen hoc perlegere quotidie primum, deinde vero etiam recitare.* ἐγὼ δή ποτε, inquit, ἐμῇ ταύτας δὴ τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις εἰθισα δὶς τῆς ἡμέρας ἀναγινώσκειν μὲ ἀ πρῶτα, λέγειν δ' ἀπὸ σώματος ὕστερον.

Loco citato. Lib. de cognitione & curatione morborum animi.

Χρυσᾶ. hanc uſitatam hujus carminis inſcriptionem fuiſſe ex *Proclo* intelligimus, qui, ut dictum eſt, *Pythagoram* vocat *Aureorum carminum parentem.*

Χρυσᾶ vero, id eſt *Aurei*, dicuntur hi verſus,

ſus, quod auro contra cari ſint, & laude digniſſimi. Nam res præclaræ dicuntur *Aureæ*. qua de re *Athenæus*, *Heſychius*, *Servius*, et *Hierocles* in hunc locum. Sic *Plato* τὸ χρυσῶν γένος, id eſt, *aureum genus*, ſive homines ætatis aureæ expoſuit, ἔκ ὁκ χρυσῦ πεφυκὸς, ἀλλ' ἀγαθὸν καὶ καλόν. hoc eſt, *Non ex auro fictum, ſed bonum & honeſtum.* In 1. Georg. In Cratylo.

Propterea ergo ſententiæ illuſtres, *Aurea dicta*, vel præciſe *Aurea* nominantur. ſic enim *Lucret.* Lib. 3.

Omnia nos itidem depaſcimur Aurea dicta.

Et citatur Caius Juriſc. libro ſecundo *Rerum cotidianarum ſive aurearum.* Sic *Aureæ fabulæ* in ſcholis dicebantur inter pueros. Quo reſpiciens *Plinius*, *Aſſem*, inquit, *para*, & *accipe* AUREAM *fabulam.* Trium vero *Aurearum fabularum* aſſem pretium fuiſſe ex eodem *Plinii* loco intelligere licet. *Sufficiunt*, inquit, *duæ fabulæ, an ſcholaſtica lege tertiam poſcis? eſt unde fiat, &c.* Hinc illa fabularum *Mileſiarum* apud *Apuleium* inſcriptio, *Aſinus aureus.* Qua de re nihil interpretes. l. 5. de diviſ. rerum. Epiſt. 20. lib. 2.

Ἔπη. Etiam χρυσᾶ παραγγέλματα, i.e. *Aurea præcepta* dicebantur, ut intelligimus ex D. *Hieronymo.* *Galenus* vero etiam παραινέσεις vocatas fuiſſe declarat. Loco citato. Loco citato.

Ἔπη autem hæc ſunt, id eſt, *verſus heroici*, more antiquorum, qui omnia verſibus conſcribebant. Primus *Pherecydes Syrius*, cui *Pythagoras* operam dedit, oratione ſoluta uſus dicitur. Qua de re *Plinius*, *Strabo*, *Suidas* in verbo *Pherecydes.* Verſibus autem ſolitum Cap 56. l. 7. l. 1.

In Pythagora. explicare omnia *Pythagoram* ex *Laertio* planum eſt, apud quem *Heraclides Sarapionis* filius tradit *Pythagoram* περὶ τῆς ὅλης, id eſt, *de naturæ univerſitate* ſcripſiſſe verſibus; & *Sacri ſermonis* à *Pythagora* ſcripti primum verſum profert *Laertius*.

In Pythagora. Τῆς Πυθαγόρου. De nomine *Pythagoræ Ariſtippus* apud *Laertium*. Hoc impoſitum ei nomen fuiſſe, *quod veritatem ſolitus fuerit* ἀγορεύειν, hoc eſt, *dicere, non minus quam* Πύθιος, id eſt, *Pythius* ſive *Apollo*. Hinc illa *Pythagoræ* auditorum vox αὐτὸς ἔφα, id eſt, *ipſe dixit* : de qua *M. Cicero*, & proverb. *Ipſe dixit*.

Lib. 1. de nat. Deor.

Πρῶτα μέν. Sic etiam *Phocylides*,

πρῶτα θεὸν τίμα ----

Θεὸν autem dixit *Phocylides* non θεὸς, quoniam à *Sibyllis* pleraque mutuatus eſt. Qua

In verbo Phocylides. de re legendus *Suidas*. *Xenophon* memor. li. 4. ἦν δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις πρῶτον νομίζειν τοὺς θεοὺς σέβειν. hoc eſt, *apud homines univerſos hoc primum lege receptum eſt, Deos eſſe colendos*.

Lib. de Deo Socratis. In lib. 9. Æn. Lib. 6. Æn. lib. 2. de Legib. lib. de Deo Soc. lib. 1. Ἀθανάτους θεούς. Quos *Deos æviternos* vocavit *Apulcius* : *Ennius Ævi integros*, aut potius uno verbo *Ævintegros*. Qua de re legendus *Servius*. Ævum autem proprie in Deos convenire *Servius* docet in illud *Virgilii*,

Quem tibi longævo-----

M. Cicero vocavit, *eos qui cœleſtes ſemper habiti*. Ex quo numero duodecim *Di conſentes* ab Ennio duobus verſiculis comprehenſi, quos profert *Apuleius*, & *Martianus Felix*;

Juno,

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Volcanus, Apollo.

Solent autem ἀθανάτους θεοὺς Græci poetæ dicere: oratores ſæpius tantum θεούς. Latini, contra; poetæ ſæpius Deos; Oratores, Deos immortales.

Τίμα. Et hominum, & Deorum generatim dicitur Τιμὴ, id eſt *Honor*. Qua de re legendus *Ariſtoteles*. Cap. 12. lib. 1. ad Nicom.

Proprie autem Diis deberi τὸ σέβας. Parentibus Τιμὴν, Senibus αἰδὼ videtur ſignificare *Plutarchus*, cum inquit, ὅτι δεῖ τοὺς μὲν θεοὺς σέβεσθαι, γονέας δὲ τιμᾶν, πρεσβυτέρους δὲ αἰδεῖσθαι. id eſt, *Oportere Deos venerari, parentes colere, ſenes vereri*. Lib. de Inſtit. puerili.

Νόμῳ ὡς διάκεινται, *Ut lege diſpoſiti ſunt*. Legem *Hierocles* intelligit æternam ſive divinam, de qua legendus *Apuleius*. Lex autem hæc Dei eſt principis, qui cum alia re nulla comparari poteſt, & à quo ceu fonte Dii immortales, heroes, ac dæmones manarunt. Itaque recte *Hierocles* ἀσυγκρίτως πάντων προτιμώμενον vocavit, hoc eſt, *abſolute ante omnia honore afficiendum*. Hic à *Platone* in *Timæo* δημιουργὸς dicitur; ab *Hierocle* θεὸς θεῶν, hoc eſt, *Deus deorum*; & θεὸς ὕπατος, i.e. *Deus ſummus*; et κοσμοποιὸς, i.e. *mundi opifex*; & ἀριστοτέχνης, i. e. *Præſtantiſſimus artifex*. Quemadmodum & à *Pindaro* dictus eſt, ut refert *Plutarchus*. Lib. de doctrina Platonis. In lib. de ſera numinis ultione.

Hæc igitur ad *Pythagoræ* mentem accommodata interpretatio eſt; ad vitam vero com-

munem, & uſum reip. convenientius intelligi poteſt νόμῳ πόλεως, i. e. *Lex civitatis*; ut ſententia ſit, Diis venerationem & cultum tribui oportere non aliter quam patiuntur leges civitatis. Quod *Apollinem* quoties de Deorum cultu interrogaretur, ſolitum reſpondere docet *Ariſtoteles*, καὶ ὅτι τὰ μαντεῖα πάντα τοῖς ἀνθρώποις προστάττει καὶ τὰ πάτρια ποιεῖσθαι τὰς θυσίας. hoc eſt, *Et oracula omnia præcipere hominibus ut ſacrificent juxta leges patriæ.* Et *Socrates* apud *Xenophontem*, Ὁρᾷς γὰρ ὅτι ὁ ὃν Δελφοῖς θεὸς, ὅταν τις αὐτὸν ἐρωτᾷ, πῶς ἂν τοῖς θεοῖς χαρίζοιτο, ἀποκρίνεται· Νόμῳ πόλεως. hoc eſt, *Nam vides, quotieſcunque Apollo Delphicus interrogatur, quemadmodum ſacra diis grata fieri poſſint; oraculum edi, Juxtà legem civitatis.* Sic M. Cicero, *Deinceps in lege eſt*, inquit, *ut de ritibus patriis colantur optimi. De quo cum conſulerent Athenienſes Apollinem Pythium, quas potiſſimum religiones tenerent, oraculum editum eſt, Eas quæ eſſent in more majorum. Quo cum iterum veniſſent, majorumque morem dixiſſent ſæpe eſſe mutatum, quæſiſſentque quem morem potiſſimum ſequerentur, è variis; reſpondit, Optimum.* Et *Socrates* apud *Xenophontem* interrogatus, *An liceret cuilibet colere Deos pro arbitratu?* reſpondit, Οὐκ· ἀλλὰ νόμοι εἰσὶ καθ' οὓς δεῖ τοῦτο ποιεῖν. hoc eſt, *Minime. Sed leges ſunt, ex quarum præſcripto id faciendum eſt.* Reſpiciens ut opinor ad legem à *Dracone Athenienſibus* latam, quæ profertur à *Porphyrio*. Ἐπεὶ, inquit, καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύει τοιοῦτος. Θεσμὸς αἰῶνι τοῖς Ἀτθίδα

In Rhetoricis ad Alexandr.

Lib. 4. de vita Soc.

Lib. 2. de Legibus.

Lib. 4. de vita Soc.

Lib. 3. περὶ

Ἀτ ἰδία νεμομένοις κύει Θ ἀ ἅπαντα χεῖ- ὅποχῆς νον· Θεὸς τιμᾶν ϗ ἥρωας ἐγχωρίους ὀν κοινῷ, ἐμ-ψύ- ἑπομένους νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κ᾽ δυνάμιν, χω . σὼ εὐφημίᾳ ϗ ἀπαρχαῖς καρπῶν, ϗ πελά- νοις ἑπετείοις. hoc eſt, *Quandoquidem etiam* Draconis *lex commemoratur hujuſmodi. Lex æterna omnibus iis qui* Atticam *regionem incolunt domina ſempiterna. Deos colunto, & heroes indigenas publice, juxta leges patriæ, & privatim etiam pro facultate, cum faventia & libationibus fructuum, & libis ſolennibus. Seneca* autem rationem reddens cultus deorum juxta conſuetudinem Romanam, ait ſe agere *non quæ diis grata, ſed quæ legibus juſta.*

Clauſulam vero illam Νόμῳ ὡς δἰκειν ται, communiter intelligi oportere de genere Deorum immortalium, heroum ac dæmonum, copioſe docet *Hierocles.*

Καὶ σέβε ὅρκον. Verbum σέβεσθ recte ſſime de juramento uſurpatur, eſt enim *invocatio Dei qua petimus ut ſit teſtis ſermonis noſtri, & puniat fallentes.* ὅρκΘ, id eſt, *jusjurandum,* τιμιώτατόν ὄζιν, hoc eſt, *veneratione digniſſimum* eſt, ut poſuit *Ari ottles.* Cap. 3. l. 1. S pi- c. 1 ix.

Duplex autem jusjurandum eſſe copioſe diſputavit *Hierocles.* Unum, quo naturæ totius univerſitas divinæ legi adſtricta eſt, eiq; obtemperare cogitur: alterum autem humanum, illius prioris quaſi rivulum ac imaginem. Jurisjurandi autem religio ſumma apud *Pythagoreos.* Unde uſitatum illis jurejurando fidem ſuam adhringere: ut infra, Ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ, &c. Et Pythagoras ipſe initio libri

de

In Pythagora. de natura, apud *Lacrt.* ὁ μὲν τὸν ἀέρα ἢ ἀναπνέων· ὁ μὲν τὸ ὕδωρ τὸ πίνων, &c.

Verbum autem σέβεσθαι in *Pythagoræ* ſchola uſitatiſſimum fuit. Sic infra, σέβε δαίμονας.

In Pythagorâ. Et principio *Sacri ſermonis* apud *Laertium*, ὦ νέοι ἀλλὰ σέβεσθε, &c.

Hinc diſcipulorum *Pythagoræ* unum genus σεβασικοὶ dicti, quod ἐν τοῖς σεβασμίοις, id eſt, *rebus cultu ac veneratione dignis, ſive divinis verſarentur.* Quibus oppoſiti πολιτικοὶ, id eſt, *occupati in adminiſtratione Reipublicæ.* & μαθηματικοὶ, *profitentes ſcientiam menſurarum & ſiderum.* Legendus interpres *Theocriti.*

In Eclogam 4. Ἔστιν δ'. Inter θεοὺς ἀθανάτους, ſive Deos æviternos, ſive *immortales*; ac *dæmones terreſtres*, id eſt, homines, medium ſive interjectum genus eſt heroum, qui etiam dæmones boni, & angeli dicuntur. Nam his nominibus eadem vi ac notione uti ſæpe ſolent ii qui à *Pythagora* & *Platone* ſunt philoſophi, ut docet *Hieracles.* Qui etiam hæc nomina interdum à *Platone* ita diſtingui ſolere ait, ut diis immortalibus proximi, angeli nominentur, extremi heroes, medii vero ſive interjecti dæmones boni.

Ergo nunc *heroes* à *Pythagora* ii omnes intelliguntur qui medii ſive interjecti generis inter Deos immortales atque homines ſunt. Nempe ut primum ſit genus Deorum cœleſtium ſive immortalium; alterum genus ætherium ſive aerium, ſcilicet heroes; tertium autem terreſtre ſive dæmones. Legendus *Plato* in *Timæo*: *Apuleius* lib. de doctrina Plat. *Martianus Felix* lib. 2.

Apud

Apud *Laertium* vero idem *Pythagoras* dæmones vocavit eos qui inter Deos immortales ac heroes interjecti ſunt, ut quidem videatur dæmones intellexiſſe omnes, qui à *Platone*, ut diximus, angeli, & dæmones boni vocantur. Eſt enim decretum *Pythagoræ* apud *Laertium*, θεὺς μὲν δαιμόνων πρεσβύτερον, ἥρωας δ' ἀνθρώπων, ἀνθρώπων δ' μάλιστα γονέας, hoc eſt, *Deos anteponendos dæmonum generi, heroas generi humano, cæteris hominibus parentes.* Sic *Euripidis* interpres, ὃν γὰρ λόγον ἔχουσιν οἱ ἥρωες πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους, ὑψηλότεροί τινες δοκοῦντες καὶ ὑπερέχοντες· τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ θεοὶ πρὸς τοὺς δαίμονας, ὑψηλότεροί τινες δοκοῦντες τούτων εἶναι. hoc eſt, *Quæ ratio heroum eſt ad homines, eadem eſt inter Deos & dæmones. Nam ut heroes hominibus, ita Dii immortales dæmonum genere ſuperiores ſunt.* In Hecuba. Et *Thales Mileſius*, ut eſt apud *Athenagoram*, tres gradus ita poſuit; *Primum Deorum immortalium, alterum dæmonum, tertium heroum.* In Apologia. Et Plato; *Primum Diis immortalibus ſuperis atque inferis ſacra conficienda eſſe, deinde vero dæmonibus, tum heroibus.* Lib. 4. de Legibus.

Apuleius autem Dæmones vocavit omnes qui inter Deos immortales atque homines interjecti ſunt, *eoſque eſſe vectores hinc ſive ab hominibus, precum, inde ſive à Diis, munerum: & quaſi interpretes ac ſalutigeros.* Quod ex *Platone* citavit *Plutarchus*. ὅτι, τε Πλάτων ἑρμηνευτικὸν τὸ τῶν δαιμόνων ὀνομάζει γένος καὶ διακονικὸν ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, ἐυχὰς μὲν ἐκεῖ καὶ δήσεις ἀνθρώπων ἀναπέμποντας, Libro de Deo Soc. Libro de Iſide & Oſiride.

ποντας, ἐκεῖθεν ἡ μαντεία δεῦρο καὶ θύσεις ἀγαθῶν φέροντας. Hoc eſt, *Et Plato dæmonum genus facultate interpretandi ac miniſtrandi præditum, inter Deos & homines interjectum eſſe ait; ac preces quidem & vota hominum dïs offerre, à diis autem ad homines oracula & bonorum largitiones deferre.*

Ἥρωας. Quos veteres Romani, Deos *medioxumos* vocarunt. Qua de re legendus *Apuleius*. Et *Martianus Felix*, *omnes*, inquit, *hos qui inter Deos & homines interjecti ſunt, Græci δαίμονας vocant, Latini Medioxumos.*

Lib. de doctrina Platonis 2.

Ἀγαυούς. Illuſtres vocavit Heroes, quia ſemper divinæ cognitionis luce perfuſi, ut inquit *Hierocles*. Aut illuſtres utpote aerei. Decretum enim eſt *Pythagoræ* quod profert *Laertius*, εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεον, καὶ τούτους δαίμονάς τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι. Hoc eſt, *Aerem totum plenum eſſe animorum, qui eſſe putentur dæmones ac heroes.* Et *Heſiodus dæmones* inquit *terram pervadere.*

In Pythagora.

Lib. 1.

ἠέρα ἑσσαμένους.....id eſt, *Aere veſtitos.*

Τούς τε δαίμονας. Præſtanti virtute viros, ut recte intelligit *Hierocles*. Itaque non dixit *Pythagoras* præciſe δαίμονας, ſed cum adjunctione δαίμονας καταχθονίους, id eſt, *dæmones terreſtres*. Sic *Plato* in Crat. ταύτῃ ἔγωγε τίθεμαι καὶ ἐγὼ τὸν δαίμονα, πᾶσα ἀνδρὶ, ὃς ἂν ἀγαθὸς ᾖ, δαιμόνιον εἶναι καὶ ζῶντα καὶ τελευτήσαντα, καὶ ὀρθῶς δαίμονα καλεῖσθαι. id eſt, *Quocirca etiam ego ſic ſtatuo, quemvis ſcientia*

ſcientia præditum ac virtute, divinum eſſe virum, & viventem & mortuum, ac jure dæmonem eum vocari. Dæmones itaque terreſtres ii quos *Ariſtoteles* θείους ἄνδρας vocari ait, hoc eſt, *viros divinos*, ut poſuit M. Cicero. Cap. 1. li. 7. ad Nicom. lib. 1. de Legib.

Dæmones vero Latine dici poſſe genios & lares docet *Apuleius*: et *Tertullianus*. *M. Cicero* in *Platonis Timæo* convertit *Lares*. Lib. de doctrina Plat. Apolog. contra gentes cap. 32.

Dici autem δαίμονας quaſi δαήμονας, id eſt, *ſcientes*, vulgatum eſt, et à multis repetitum; ut *Platone* in *Cratylo*, *Hierocle* in hunc locum, *Martiano Felice*, *Joanne Grammatico* in *Heſiod*. *Lactantio*, *Servio*.

Καταχθονίους. Τοὺς ὅτι γῆς πολιτεύεσθαι δυναμένους, καὶ ἐπὶ γῆς οἰκεῖν. *Eos qui Rempubl. habere poſſunt ac domicilium ſupra terram*, ut expoſuit *Hierocles*. Itaque καταχθονίους poſitum eſt pro ὑποχθονίους. Dæmones enim, hoc eſt viri ſapientes, quamdiu ſpirant, terram incolunt, cum autem è vita exceſſerint, aerem terræ proximum tenent. Qua de re copioſe *Martianus Felix*. Plerumque tamen καταχθόνιοι ſunt ὑποχθόνιοι. Ut cum *Dionyſius Halicarnaſſeus* inquit, τοὺς θεοὺς τοὺς ἐπουρανίους ἵλεως εἶναι καὶ δαίμονας τοὺς καταχθονίους. *Deos cœleſtes propitios eſſe, ac dæmones inferos*. Perinde ut *Euripides*, κήρυσσε θεοὺς τούς τ' ἐπουρανίδας τούς θ' ὑπὸ γαῖαν: *Supplica per Deos cœleſtes atque illos qui ſub terra ſunt*. Lib. 2. in 3. Æn. Lib. 2. Lib. 6. In Hecub.

Dæmones itaq; ſupra terram, viri ſapientes ſive boni: ſub terra vero, animi impiorum. Itaque hi proprie inferi & ὑποχθόνιοι dicti ſunt ab *Heſiodo*. Atque horum ſupplicis præ lib. 1.

ſunt

Lib. 6. Æneid. 5. ſunt Dii inferi, quorum deſcriptio apud *Virgilium* in Tartaro eſt. Impiis vero ſedem aſſignari à *Pythagoreis* in Tartaro intelligimus

lib. 2. de Demonſtrat. ex *Ariſtotele*, qui *Pythagoreos* inquit *arbitrari propterea excitari tonitrua in aere, ut illa quaſi comminatione Jovis, ii qui in Tartaro ſunt pertimeſcant.* Ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοί φασιν, ἀπειλῆς ἕνεκα τοῖς ἐν τῷ ταρτάρῳ, ὅπως φοβῶνται.

Ἔννομα ῥέζων. Ἔννομα ῥέζων expoſuit *Hierocles*, Dæmonum, id eſt ſapientum dictis quaſi legibus parere, id eſt, cum fide ac juſtitia vivere. ἐννόμως ſive νομίμως ζῶν.

Joachim. Camerarius ἔντομα ῥέζων ſuſpicatur legendum eſſe. Quod *Hieroclis* autoritate legentis ἔννομα, facile refellitur. Deinde autem *Camerarii* ratio inepta eſt. Poſuit enim Diis manibus convenire ἔντομα ῥέζειν, quia in ſacris inferorum *jugulari ſoleant victimæ, ſive ſecari victimæ jugulum.* Quaſi vero non idem obſervatum fuerit in ſacris ſuperorum. Neque enim ſuperorum & inferorum ſacra eo differunt quod in illis jugularentur victimæ, in his vero non item: ſed quia in ſacris Deorum manium ſive inferorum victima capite in terram prono ſtatuebatur; in ſacris vero ſuperorum capite in cœlum ſublevato. Itaque in Deorum manium ſacris ex parte inferiori: in ſuperorum ſive cœleſtium ſacris ex parte ſuperiori, *ſecuri aut malleo* victimæ *feriebantur*. In utroque genere ſacrificii dabant operam victimarii, ut victima in cultros *ſuppoſitos*, *ſive ſubjectos* capite incumbens, ſpeciem præberet ſponte ad interitum ſe offerentis.

ferentis. Legendus *Servius* in illud *Virg.* Lib. 3. Georg.

Ac vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri.

Atque hujuſce rei exempla ſunt apud *Ovidium*, *Dionyſium Halicarnaſſeum*, *Papinium* in *Thebaide*, cum inquit, Lib. 7. Metam. Lib. 6. Lib. 4.

In vulnus cecidere greges. ----

Ubi *Lactantius* interpres hos qui malleo victimam feriunt ait nominari *Agones*: qui autem ſubjiciunt ſive ſupponunt victimarum jugulis cultros, id eſt, ita cultros tenent, ut in aciem victima jugulo incidere poſſit, hos dici Victimatores.

Poſtremo, ἔντομα ῥέζειν alienum eſt ab inſtituto Pythagoræ, qui, ut inquit *M. Cicero*, *ne Apollini quidem Delio hoſtiam immolare voluit, ne aram ſanguine adſpergeret.* Et *Laertius* ait ſolam *Apollinis Genitoris* quæ *Deli* eſt aram, venerari ſolitum *Pythagoram*, quod nulla ibi victima immolaretur. 3. de Nat. Deor. In Pytha. gor.

Ἔντομα vero dici proprie in haruſpicina ex *Greg. Nazianzeno* intelligimus oratione 1. contra *Julian.* Quem locum quia longior eſt non adſcripſi.

Mihi vero ἔννομα ῥέζειν poſſe intelligi videtur χοὰς ὀπιφέρειν, καὶ ἐναγίζειν, ſive juſta facere diis manibus. Quod etiam *Hierocles* tanquam in tranſcurſu oſtendit. Proprie autem diis manibus convenit ut Sacra eis legitime fiant, ſive τὸ ἔννομα ῥέζειν, quoniam dii manes ſancti ſive legibus ſancti ſunt. Quo lex illa *Ciceronis* pertinet, *Deorum manium jura ſancta ſunto* Idemque juſtitiam erga manes proprie vocari ait *ſanctitatem*. Sic apud *Virgilium* Lib. 2. de legib. Sub ad Thebas.

gilium Æneas Anchiſen patrem mortuum affatur,

Lib.5. Æn. *Salve ſancte parens*-----

Et *Evander* ad conjugem mortuam;

Lib.11. Æn. -----*Tuque O ſanctiſſima conjux,*
Felix morte tua.----

3.lib 3. Eaque de re *Macrob.* in *Saturnal.* Sancti autem ſive ſanciti potius di manes quam ſuperi, quia cum fuerint homines facilius contemni poſſunt & violari.

c.2.lib.9. Lib.4.de legib. Τὰς τε γονεῖς τίμα. Nempe, καθάπερ θεὸς, id eſt, *tanquam Deos.* Sic enim *Ariſtot.* ad *Nicomac.* & *Plato.* βέλτιον γονεῖς πρώπτον ὀνῆσαι τιμαῖς ἔχειν. Parentes imprimis honoribus affice. *Philæmon.*

Τὰς τ' ἀγχις' ὀνηϊαῶτας. Uno verbo ἀγχιστεῖς, hoc eſt, *propinquos.*

Adelph. Τῶν δ' ἄλλων. Vulgo dicitur, πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος ἀναιρεῖται τερος. & *Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt,* inquit *Cic.* Duo genera ſunt amicitiæ. *Neceſſarium, ſive propinquitas ſanguinis: & voluntarium, ſive inter alienos, Donat.* in *Terent.* Ergo de amicitia *neceſſaria* verſu antecedente dixit *Pythagoras*, nunc adjungit de *voluntaria.*

c.12.l.8. *Ariſtot.* autem ad *Nicom.* triplex amicitiæ genus poſuit; unum *propinquorum*, alterum *ſociorum*, tertium *ſodalium.* Sed amicitia ſociorum & ſodalium utraque uno amicitiæ voluntariæ nomine intelligi poteſt.

Ἀρετῇ ποιεῦ φίλον. Amicum tibi virtute adjunge ſive concilia, non voluptate, aut opibus. Nam triplex quidem eſt materies amici-

tiæ;

tiæ; *virtus, voluptas, utilitas*: ut diſputavit *Ariſtot.* ad *Nicom.* Sed illa tantum quæ virtutis ſocietate conglutinatur, firma & conſtans amicitia eſt. Itaque hanc τελείαν φιλίαν, *amicitiam perfectam* vocavit *Ariſtot.* & ἀδιάλυτον καὶ μόνιμον, *immutabilem & permanentem.* Voluptatis autem & utilitatis amicitiæ ſunt, quas, ut ait Seneca, *Temporarias populus appellat.* c. 3. l. 8. Loco citato. Ejuſdem lib. c. 6. Epiſt. 9.

Ὅστις ἄειστος. Laudat φιλοφιλίαν & πολυφιλίαν. Φιλοφιλία Latine *ſtudium amicorum* dici poteſt, non, multitudo amicorum, ut à quodam *Joachimi Perionii* reprehenſore converſum eſt apud *Ariſtot.* ad *Nicom.* Πολυφιλία vero eſt *multitudo amicorum*, de qua copioſe *Ariſtot.* ad *Nicom.* Et *Plutarch.* lib. quem ea de re conſcripſit. Utraque laude, ſcilicet φιλοφιλίας, & πολυφιλίας floruiſſe *Pythagoram* legere licebit apud *Laertium.* Cap. 1. li. 8. Cap. 10. l. 9. περὶ πολυφιλ.

Videtur autem παφήχησις & ſoni concinnitas quædam eſſe quæſita in verbis ἀρετῇ ἄειστον.

Πραέσσι δ' εἴκειν λόγοις. *Lenibus amici dictis cede:* ſic enim expoſuit *Hierocles.* Quale *Horatianum* illud eſt ad *Lollium*, Epiſt. 18.

----*Tu cede potentis amici*
Lenibus imperiis ———

Quanquam etiam πραέσσι λόγοις εἴκειν eſſe poteſt, *Cedere amico lenibus dictis, ſive adhibita orationis lenitate:* ut apud *Xenophon.* λόγῳ ὑπεῖξαι. Nam uſitatum eſſe ait ubique gentium παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ σωπῶντι, καὶ λόγῳ ὑπεῖξαι. id eſt, *adoleſcen-* Lib. 2. de vita Soc.

leſcentem ſeni de via decedere, & oratione ſe illi ſubmittere.

Ἐργοισί τ' ἐπωφελίμοισι. Ἔργα ἐπωφέλιμα dixit intelligens εὐεργεσίας, id eſt, benefacta, ſive θεραπείαν, i.e. cultum & obſervantiam. Cedendum eſſe, inquit, amico non orationis tantum lenitate, verum etiam obſequiis adhibitis. Nam ut eſt apud *Terent.* Andr. *obſequium amicos*, &c. Sed *Hierocles*, ut diximus, aliter hunc locum intelligit, nempe Cedendum eſſe amici benefactis, hoc eſt, ut facile nobis cum offenſi fuerimus, ab amico ſatisfieri patiamur. Sed prior illa interpretatio planior eſt, & eſt ἁπλικώτερον illud, εἴκειν ſive ὑπείκειν λόγοις τῷ φίλῳ, quam εἴκειν λόγοις τοῦ φίλου.

Μηδ' ἔχθαιρε φίλον. Explicatio eſt illius antegreſſi πραΰνου δ' εἴκων λόγοις. Nam is demum εἴκει ſive ὑπείκει, i.e. cedit amico, qui erratis ejus ignoſcit. Quare cum *Laertius* In Zenone. poſuiſſet Stoicorum decretum eſſe, συγγνώμην ἔχειν μηδενὶ, *Sapientem ignoſcere nemini*: deinde συγγνώμην ἔχειν, expoſuit εἴκειν.

Expreſſus autem hic verſus ex illo *Pythagoræ* In Pythagora. decreto quod *Laertius* profert. Ἀλλήλοις τε ὁμιλεῖν ὡς τοὺς μὲν φίλους ἐχθροὺς μὴ ποιῆσαι· τοὺς ἐχθροὺς δὲ φίλους ἐργάσασθαι. *Ita cum aliis vivendum eſſe, ut neque amici nobis inimici fiant: & inimici amici eſſe incipiant.*

Ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς. *Levis peccati gratia.* Qualia ſunt quæ cum verrucis Sat. 3. l. 1. comparat *Horatius.*

Ὄφελ

Ὅφρα δυνῇ. Ut infra, καθ' ὅσον δυνῇ. *Quantum potes.* Sententia eſt; Enitendum eſſe ne amicorum delictis facile offendamur. Qua de re commemorabilis eſt *Thraſeæ* Stoici vox apud *Plinium*, *Qui vitia odit, homines odit.* Epiſt. 22. Eaque *Plinii* epiſtola tota, hujuſce præcepti quædam quaſi interpretatio eſt. lib. 8.

Σφυνὰς vero ſive *auſteros*, & ignoſcere amicis aut cedere neſcientes, non eſſe φιλικὰς ſive *natos ad amicitiam*; atque εὐνοϊκὰς quidem dici poſſe, id eſt, benevolentes, non autem φίλους ſive *amicos*, docet *Ariſtoteles* ad *Nicomachum.* c. 6. l. 8.

Δυνάμις γάρ. Interpretatio illius clauſulæ ὅφρα δυνῇ, *Quantum potes.* Nam ut illud, *Quantum potes*, declararet *Pythag. Facultatis domicilium vicinum eſſe* inquit *neceſſitati*; hoc eſt, Tantum autem potes amici tui delicta patienti animo ferre, quantum ſi neceſſitas tibi allata eſſet ferendi ferres. Eaque interpretatio eſt *Hieroclis.* Allata vero neceſſitate quantum valeamus intelligi, docent Proverbia, *Neceſſitas magiſtra*, *Neceſſitas rationum inventrix*, *Telum maximum neceſſitas.*

Ἐγγύθι ναίει. Facultas vicina eſt neceſſitati; quoniam ubi facultatis extremum eſt, ibi neceſſitatis principium. Qui enim poſſe deſinit, non poſſe incipit. Quo ſenſu etiam Poeta *Heſiodus* dixiſſe videtur vitium eſſe vicinum virtuti. —— μάλα δ' ἐγγύθι ναίει. Nam vitii extremum eſt principium virtutis, ut extrema pars noctis attingit principium diei. Ergo ſic etiam verſus hic *Pythag.* in-

telligi poteſt. Ignoſcendum eſſe amicis *quantum potes*. Nam facultas vicina eſt neceſſitati. Hoc eſt, Neque enim ſemper potes; nam ſæpe facultas impeditur neceſſitate: ita ut recte nominentur vicinæ res poſſe & non poſſe, eoq; modo ſpeciem habet Proverbii.

Ἀνάγκης. Duplex intelligi poteſt *neceſſitas*: una cogens, ut in explicatione *Hieroclis*: altera prohibens, ſive impediens facultatem, de qua diximus: Eamque *Ariſtot.* vocavit τὸ βίαιον καὶ τὴν βίαν, i. e. *violentiam*. quid autem appellet vim aut violentiam, ipſe his verbis declaravit; τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ παρὰ τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν προαίρεσιν ἐμποδίζον καὶ κωλυτικόν. *Violentiam*, inquit, *appello id quo naturæ impetus, aut conſilium rei alicujus ſuſcipiendæ, quaſi impeditur ac retinetur*. Eademque de re agitur etiam in libris de Demonſtratione.

c. 5. l. 4. Sapientiæ:

c. 5. l. 2.

Ταῦτα μὲν ὅπως ἴσθι. Tranſitio, qua uſus etiam Theognis eodem modo.

Ταῦτα μὲν ὅπως ἴσθι· κακεῖσε δ' ἣ μὴ πέρσομεν ἀνδρὸς ἐόντες.

Hæc ita ſint. at tu fœdi commercia longe
Sperne hominis.------

Lib. 2. de vita Soc.

Κρατεῖν. Quod ἄρχειν Socrates dixit apud *Xenophon*. Ait enim *expetendum eſſe amicum* ὅστις ἄρχει γαστρός τε, καὶ φιλοποσίας, καὶ λαγνείας, καὶ ὕπνου, καὶ ἀργίας, hoc eſt, *eum qui imperet ventri, vinolentiæ, libidini, ſomno, & languori*.

Δὲ ἀσθένεσι. In aliis editionibus, ut *Venetis*, concinnius Ionice δ' οἱ ἀσθένεσι.

Γαστρὸς

Γαστρὸς μὲν πρώτιστα. Simile illud quod in ſtatuis *Anacharſidis* inſcribebatur, Γλώσσης, γαστρὸς, αἰδοίων κρατεῖν, ut eſt apud *Laertium*. h.e. *Linguæ, ventri, libidini imperandum eſſe*. In Anacharſide.

Αἰχύνεο σαυτόν. Sententia *Thaletis Mileſii* apud *Auſon*. In dictis Sapient.

Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.

Eandem vero multi alii uſurparunt; ut apud *Stobæum Democritus, Theophraſtus, Muſonius, Cato*; Et apud *Laertium, Demetrius Phalereus*. Et *Galenus*, proferens hunc locum, Σὺ δ', inquit, σαυτὸν αἰδεῖ μάλιστα, πειθόμενος τῷ φάντι, Sermone 222. In Demetrio. Libro de cognitione & curatione morborum animi.

----Πάντων δὲ μάλιστ' αἰχύνεο σαυτόν.

h.e. *Tu autem verere teipſum potiſſimum, obtemperans illi qui præcepit*, &c.

Ἀσκεῖν. Mutata interpunctione ἀσκεῖν referri poteſt ad verbum ἔθιζε; aut ſumi pro ἄσκει. Infinita enim Attice pro imperativis ponuntur κατ' ἔλλειψιν, intellectis verbis θέλε aut σπεῦδε, i.e. *velis* aut *ſtudeas*: qua de re legendus *Joannes Grammaticus*, & *Euſtathius*. In Heſiodum. Aut ſupplendum eſt verbum χρὴ vel δεῖ, ut ἀσκεῖν δικαιοσύνῃ, pro δεῖ ſive χρὴ ἀσκεῖν δικαιοσύνῃ. In I. II. Nam Attice verbum χρὴ & δεῖ omitti ſolet, ut apud *Ariſtot.* πρῶτον εἰπεῖν, c. 1. l. 1. de Rationi. nat. h.e. πρῶτον δεῖ ſive χρὴ εἰπεῖν. In quem locum legendus *Joannes Philoponus*. Neque diſſimilis locutio Latina eſt, de qua *Priſcianus*. c. 3. l. 18. Sed non diſſimulabo etiam à *Stobæo* citari Sermone hunc locum, & legi non ἀσκεῖν, ſed ἄσκει, quod magis placet. 1.

Μηδὲ φρὶ μηδέν. Attice duplex negatio vice affirmationis. Legendus *Euſtathius*. Atque hoc etiam Latini ſecuti ſunt, ut ſemel atque iterum docet *Marcellus De doctorum indagine*. In 1. Il.

Σαυτὸν ἀλογίστως ἔχειν. Pro σωφρονεῖν ἀλόγιστον εἶναι, i.e. *Imprudentem eſſe*. Nam verſus antecedens ad Juſtitiam pertinet: hic autem de Prudentia eſt. ἀλόγιστος vero inconſideratus & incautus. agit hoc præcepto de ducendis affectibus ad obſequium rectæ rationis, *quæ ſummi Jovis vera lex, dominaque omnium & Regina*, Tuſc. 2.

Ἀλλὰ γνῶθι. Reſpicit ad præceptum *Apollinis* γνῶθι σεαυτόν. Nam illi præcepto ea vis atq; notio ſubjecta eſt, ut norimus nos eſſe mortales. Itaq; Seneca, *Mortis*, inquit, *meminiſſe jubet illa Pythicis oraculis adſcripta vox* γνῶθι σεαυτόν. Hinc etiam illud expreſſum *Simonidis* ad *Pauſanian* dictum, μέμνησο ἄνθρωπος ὤν, *Hominem te eſſe memineris*, h. e. mortalem. De qua ſententia *Plutarchus*. Atque eo reſpiciens *M. Tullius*, *Homines*, inquit, *ut nos eſſe meminerimus*, &c. Conſol. ad Martiam. Conſol. ad Apollonium. Ep. 16. l. 5. ad famil.

Θανέειν πέπρωται ἅπασι. Quod *M. Cicero* dixit *Omnibus definitam eſſe mortem*. Pro Sextio.

Χρήματα δ'. Sic apud *Platonem Socrates*, Philoſophum eſſe non oportere φιλοσώματον, φιλοχρήματον, φιλότιμον, *appetentem vitæ & voluptatis, aut divitiarum, aut honoris. Pecuniam* enim *in loco negligere maximum interdum eſt lucrum*, Terent. Adelph. 2. 2. In Phædone.

Ἄλλοτε μὲν κλάειν φιλεῖ. *Pecunia interdum*

dum acquiri ſolet, interdum amitti. Mobilis enim eſt, perinde ut fortuna ipſa quæ pecuniam ſive opes largitur, inconſtans & volatica eſt. ἓν ἤμῳρ μ' ὤλεσεν, ἓν δ' ἀπώλεσεν, *Eurip.* in *Oedip.* & in *Phæniſ.* memorat SS. Scriptura πλούτου ἀπάτῃ *Mar.*4.19. & ἀδηλότητα *incertitudinem* 1 *Tim.*6.17. Ergo φιλεῖ, id eſt, *amat*, poſitum pro εἴωθε ſive ſolet.

Sed in editionibus pleriſque, ut Venetis, imperandi verbum eſt φίλει. Quod mihi concinnius videtur. *Ama*, inquit, *pecuniam alias quærere alias vero conſumere*, ſignificans in pecunia nihil expetendum eſſe præter uſum. Sic *Chremylus* apud *Ariſtoph.* In Pluto

Χαίρω τε γὰρ φειδόμενος ὡς οὐδεὶς ἀνήρ·
Πάλιν τ' ἀναλίσκων· ἡνίκ' αὖ τούτου δέῃ. h.e.
Nam & gaudeo, ut nemo alius unquam, parcere,
Et parta diſſipare rurſus, ubi eſt opus.

Jam autem φίλει pro *ſoleas*, nam φιλεῖν pro εἰωθέναι, i.e. *ſolere*, ponitur Attice, quoniam rebus ſolitis ſive uſitatis delectamur. Quod loquendi genus etiam Latini uſurparunt, ut *Horatius.* Neque Poetæ ſolum ſed etiam cæteri ſcriptores, ut *Auſonius* in Gratiarum actione, & *Ammianus Marcell.* Ode 3. l. 2. Ode 16 l. 3. Epod. Ode 8. Lib. 16. & 17.

Ergo κλᾶδας φίλει, *quærere ama*, eſt, *ſolitus ſis quærere*, ſive *libenter quære.* φιλεῖν vero etiam poni pro συμβαίνειν lege apud Euripidis In Phœniſſas. interpretem.

Ἄλλοτ' ὀλέθρους. Quod eleganter dixit *Hierocles*, ὑποκλᾶσαι. ſoni ſimilitudine quæſita.

κλᾶσθαι ἀποκλᾶσθαι. Sic Latine, *nasci denasci*, pro ὀλέσθαι *H. wolfius* legit ὀλέσσαι.

Consolatione ad Apollon. Ὄσσα δέ. Hic versus & sequens citatur à *Plutarcho*.

Δαιμονίῃ πὺ χμις. *Casibus divinis, sive à deo profectis*. sive iis malis aut damnis quæ cuique pro meritis eveniunt. Recte *Sophoclis* illud huic sententiæ convenit, in *Oed. Colon.* τὸ φέρον ὀκ θεῦ, κἀμὲ χρὴ φέρειν. Nec illud *Plauti* alienum, Capt. 2. 1. Si Dii immortales id voluere, vos hanc ærumnam exsequi, Decet id pati æquo animo: si id facietis levior labos erit. Qua de re multa philosophatus est *Hierocles*.

Odyss. 1. Βέλτοι ἄλγε' ἔχουσιν. Expressum ex illis *Homeri* verbis, quibus apud eum *Jupiter* de hominibus conquerens exclamat,

---ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Præter vim fati subeunt mala ----

Ergo quod *Homerus* dixit μόρον, *Pythagoras* vocavit δαιμονίαν πύχμν. Ἄλγεα vero ἔχειν, etiam ἄλγεα πάσχειν, & πήματα πάσχειν dixit *Homerus*. *Aspera perpeti* convertit *Horatius*.

Epist. 2. lib. 1.

Ὧν ἄν μοῖραν. ἃ ἔκμοιρες· ἃ οἷς μοῖραν ἔλαχες. *Quorum fatalem partem sortitus es*; sive quæ miseriarum à fato pars tibi assignata est, hanc perfer. *feras non culpes, quod vitari non potest*. Μοῖρα enim hoc in loco *sors fatalis*. de qua hujus verbi notione legendus *Eustath.* In Odyss. 20.

Ἔχης. Apud *Plut.* ἔχοις, quod minus placet. apud *Stobæum* autem ἔλῃς, quod probabile est.

Consol. Apoll. Ser. 254.

Πρῶως

Πρᾴως φέρε. Apud *Plutarch.* Ταύτῃ ἔχε. Quod elegantius videtur ob repetitionem verbi ἔχω. Ut in Epigram. *Nicarchi,* Ἦν ὀνιαρεὶ λάβῃς, λάβε· κἢ τέκε, μὴ θορυβηθῇς. Apud *Stobæum* autem eſt ταύτῃ φέρε. Loco citato. Antholog. l. 7. Sermone 254.

Ἰᾶσθαι ἢ πρέπει. Mederi convenit malis humanis, *privatim* quidem præceptis philoſophiæ, *publice* vero lege. De Philoſophiæ medicina *Plutarchus,* πᾶσι δὲ τὰ ψυχῆς ἀῤῥωστημάτων καὶ παθῶν ἡ φιλοσοφία μόνη φάρμακόν ἐστι. *Animi vero,* inquit, *morborum & perturbationum nulla eſt medicina præter philoſophiam.* Eaque de re liber *Galeni* eſt: ſcilicet, De cognitione & curatione morborum animi. De legis autem medicina *Euripides* in Bellerophonte apud *Stobæum,* Lib. de inſtit. puerili. Sermone 242.

Νόσοι δ' ἢ θνητῶν, αἱ μέν εἰσ' αὐθαίρετοι·
Αἱ δ' ὀκ θεῶν πάρεισιν. ἀλλὰ τῷ νόμῳ
Ἰᾶσθ' αὐτάς.———
Aut ſponte nobis parimus ægritudines,
Aut ira cœlitum invehit. Sed omnium
Medicina, leges.

Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τέτων. Τέτων ſcilicet δαιμονίων τυχῶν. Quia ut diximus, eveniunt cuique pro meritis. Interdum tamen etiam viris bonis eveniunt res adverſæ, verum ut inquit *Pythagoras* ὐ πάνυ πολύ, *non magnopere,* aut, *non frequenter.* Quod *Epicurus* dicebat, *Fortunam exiguam intervenire ſapienti,* apud *Cic.* τοῖς κακυργοῖς κακά, juxta proverb. apud *Athenæum* lib. 9. *malis mala.* Lib. 1. & 2. de finibus.

Λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοί. Δειλὸν opposuit ἐσθλῷ, δειλὸν sumens pro *malo*. Ut soliti sunt id verbum usurpare *Pythagorei*, ut infra, Δειλῶ τοι πρήσσειν, pro κακῶ, & δειλὰ μ' ἐκπρίξας, id est, κακά: & in versu illo *Pythagoræ* decantato,

Ἀφλοὶ, παὶ ἄφλοι κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἐλέσθαι.

Pro κακοὶ & πεφυκόσι.

Περοπίπτωσι. Ut *verba ad aures accidere*, dixit *M. Cicero*.

In Varinium.

Ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο. Mihi legendum videtur, non ut est in libris vulgatis ὧν, sed potius Ionice ὥν pro ἕν sive igitur. sententia enim est, Multi sermones hominibus ad aures accidunt, boni ac mali. Quocirca delectum adhibendum esse, & cavendum ne aut miremur eos temere atque inconsiderate, aut respuamus. Nam fucatos pro sinceris admitteremus, & veros pro simulatis repudiaremus. Atque ita videtur legisse *Hierocles*, cum inquit, μήτε ὧν πάντας καταδέχου, φησὶν ὁ Πυθαγόρας· ἵνα μὴ καὶ τοὺ ψευδεῖς. μήτε πάντας ἀπόβαλλε· ἵνα μὴ καὶ τὰς ἀληθεῖς. *Neque igitur omnes sermones recipe, inquit* Pythagoras, *ne falsos una recipias: neque omnes respue, ne una etiam veros repudies.*

Ψευδῆ δ' ἢν ᾖ. Orationis unum discrimen est ut honesta sit aut turpis; de quo jam dictum est: alterum ut vera sit aut falsa; de quo nunc discrimine adjungit: præcipiens ut lenes simus in refellendis mendaciis, non appetentes rixæ & contentionis. Qua de re jucunde multa *Horat.*

Epist. 18.

Alter

Alter rixatur de lana ſæpe caprina, &c.

Τὶ λέγοιτο. Stobæus proferens hunc locum legit, Serm. 28.

---Ψεῦδ' ἢν ζωὶ τὶ γένηται πρᾶγος ἔπι.

Sed vulgata lectio magis placet.

Παρείπη. Παρειπεῖν eſt *fallaciter & captioſe perſuadere.* Quanquam autem παρειπεῖν de verbis proprie uſurpetur, tamen *Pythagoras* quaſi commune poſuit rerum & verborum, ἔργου καὶ λόγου. Nam verbum alterutri rei proprie convenire ſatis eſt: ut apud *Homerum,* In 1. Il.

---Σῖτον καὶ οἶνον ἔδοντες, *Cibum ac vinum edentes: Euſtath.* Sic Latine apud *Cicer. Torquatus ſibi torquem & cognomen induit.* & *Vadit in eundem carcerem, & in eundem ſcyphum Theramenes.* Virgilius. Lib. 2. de finib. 1. Tuſc. 9. Æn.

Seu pacem, ſeu bella geram----

Legendus *Fab. Quinctil.* c. 3. l. 9.

Βαλάου ὁ πρὸς ἔργου. Sententia crebro uſurpata, ut à *Salluſtio, Demoſthene, Biante* apud *Laertium, Iſocrate* ad *Demonic.* proverbii etiam vice uſurpari ſolitam ex *Ariſtotele* intelligere licet ad *Nicom.* & *Eudem.* In Catilin. Philip. 1. & oration. de pace.

Μωρά. Inepta. ut in Gloſſematis Græcis, & apud *Priſcianum.* c. 8. l. 6. lib. 5.

Δῆλε πρὸς ἀνδρός. Sic proverb. Μωρὰ μωρὸς λέγει. *Ineptus inepta loquitur.* c. 6. l. 13.

Πρῆσσε ὁ μὴ δὲν ἦρ μὴ ἐπίσασαι. Sic proverb. ἔρδοι τις ἕκας ἐδείη τέχνιν, *Quam quiſque novit artem, in hac ſe exerceat.* Sequitur ἀλλὰ διδάσκα. Nam teſte *Pindaro Olymp.* 8. v. 53. ἄγνωμον μὴ τὸ πεμαθεῖν, *Stultum*

Stultum eſt non prædidiciſſe. quocirca πεὶν ἢ λαλῆσαι μάνθανε. & Plinius, *Aut ſi*, inquit, *tutius putas illud cautiſſimi cujuſque præceptum,* Lib. 1. de *Quod dubitas ne feceris, idipſum reſcribe.* Sic Offic. M. Cicero. *Quocirca bene præcipiunt, qui vetant quicquam agere quod dubites æquum ſit an iniquum.*

Οὐδ' ὑγιείης τ' ἀρὶ ζῶμα. Non dixit ὑγιείης ſimpliciter, ſed cum adjunctione τῆς ἀρὶ ζῶμα. Quaſi cum de animi valetudine dixerit, nunc det præceptum de valetudine corporis. Duplex enim valetudo. nempe *ani-*
Ep. 10. *mi* & *corporis.* Ut apud Senecam. *Roga*, inquit, *bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis.* Citatur autem hic locus à
Sermone *Stobæo*, & legitur χτ ζῶμ'. Refert *Plato* in
243. conviviis cantari ſolitum, ὅπ ὑγιαίνειν μ, ἄριστόν ἐστι τὸ ὑ δ' πρεσον, καλὸν γενέσθαι· τέτον ὑ, τὸ πλεῖν ἀδόλως. *Pyrrhus Epirota* nihil impenſius rogare ſolitus, quam unum ὑγιαίνειν, *valere* ac *ſanum eſſe.*

'Αλλὰ ποτῦ τε μέτρον. Cujuſmodi *Pytha-*
In Pyth. *goræ* decretum eſt quod profert *Laertius*, Μὴ παραβαίνειν, μήτ' τῆς πόνων, μήτε τῆς σιτίων μηδένα τιῶ συμμετεῖναι. Hieron. in reg. monach. *modicus ac temperatus cibus, & carni & animæ utilis.* *Democritum* ita monet *Iſocr.* ἄσκει τῆς περὶ τὸ ζῶμα γυμνασίων, μὴ τὰ πρὸς τιῶ ῥώμην, ἀλλὰ τὰ πρὸς τιῶ ὑγίειαν ζυμφέροντα. Valetudini hujuſmodi præſcribit *Cicero* fam. epiſt. πίψιν, ἀλυπίαν, πείματον σύμμετρον, τίψιν, & εὐλυσίαν τῆς κοιλίας. Noti ſunt verſiculi ſcholæ *Salerni*,

Si

Si tibi deficiant medici, medici tibi fiant
Hæc tria; mens hilaris, requies, moderata diæta.

Καὶ Ζίτᾳ. A recto σῖτον. Nam σῖτος panis, σῖτος frumentum. Legendus *Euſtath.* In 18. Ili.

Ὁ μή σ' ἀνιήσει. Ejuſmodi modum ſervandum eſſe cujus pœnitere non poſſit, ne ſcilicet vires aut inedia aut exercitationibus immoderatis frangamus. Quæ ſententia ſic poſita eſt ab *Ariſtot.* Τάτε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια, καὶ τὰ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἰσχύν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποτὰ, καὶ τὰ σιτία, πλείω καὶ ἐλάττω γινόμενα φθείρει τὴν ὑγίειαν· τὰ δὲ σύμμετρα ποιεῖ, καὶ αὔξει, καὶ ζώζει. *Nam exercitationibus*, inquit, *corporis ſupra infrave modum adhibitis vires debilitantur; & cibi ac potiones ſi plus minuſve quam par eſt ſumſerimus, valetudini adverſantur: moderatæ vero bonam valetudinem efficiunt, augent, conſervant.* Cic. de Senect. monet, *Tantum cibi ac potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* Audi *Platonem* in Theæt. ἡ τῶν σωμάτων ἕξις ἄχ' ὑπὸ ἡσυχίας μὲ καὶ ἀργίας διόλλυται, ὑπὸ γυμνασίων δὲ καὶ κινήσεων ὡς ὅτι πλεῖ ζώζεται.

Εἰδίζε δὲ δίαιταν ἔχ.-----

Δίαιτα vitæ rationem ſignificat, ἃ τὴν ὃν τοῖς ἐσθιομένοις τε καὶ πινομένοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, τοῖς ὁπωσοῦν γινομένοις ἐπὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων ζώματα. Galen. Comment. 3. in lib. 3. Epid.

Καθάρσιον, ἄθρυπτον. Καθάρσιον & ἄθρυπτον medium eſt. τρυφερὸν & ῥυπαρὸν, id eſt, delitiæ & ſordes, duo extrema, quæ perſtringit *Horat.* *Paſtillos* Sat. 2. l. 2. c. 2. l. 2. ad Nicom.

Paſtillos Ruſillus olet, Gôrgonius hircum;
Nil medium eſt.------

Epiſt. 87. Qua de re *Seneca*, qui *Rucillum* vocat, non *Ruſillum*. ἄθρυπτα non delicata nimis, qualis tribuitur Syracuſanis & Sybaritis.

Ὁπόσα φθόνον ἴσχει. Φθόνον dixit intelligens *reprehenſionem* ſive μέμψιν, ut recte *Hierocles*. itaque ὁπόσα φθόνον ἴσχει eſt, Quæcumque reprehenſionem habent, pro, ea quæ reprehenſioni eſſe debent, aut poſſunt. Quo genere loquendi etiam *M. Cicero* dixit, *Invidiam vero his temporibus habere conſulatus ipſe nullam poteſt.*

Pro Murena.

Μὴ δαπανᾶν. Δαπανᾶν eſt non ſimpliciter conſumere, ſed ſplendide vivere; ac diſſipare atque abligurire patrimonium. Lege *Suidam*.

Ὀπτῖα καλῶν ἀδαήμων. Aliter hoc apud *Stobæum*, ſcilicet ἀπαιρεγκάλως ἔνι ἡμῖν. Fortaſſe mendoſe, pro ἐνὶ ἡμῖν *in nobis*, pro in noſtra ſocietate. Notæ vero *Pythagoreorum* ſocietates.

Serm. 77.

Μέτρον δ' ὀπὶ πᾶσιν ἄριστον. *Cleobuli* ſententia eſt, proverbii ſpeciem habens, μέτρον ἄριστον, *Modus res optima*, apud *Lacrtium* & apud *Auſonium*. Legendus *Plutarch.* in convivio ſeptem ſapientum. Sic *Theognis* πάντων μέτα' ἄριστα. *Phocylides*,

In Cleobulo. In dictis ſapientum.

——Καλὸν δ' ὀπὶ μέτρον ἅπασι.
——Τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον.
——Ἰσότης ἐν πᾶσιν ἀρίστη. Item
Πάντων μέτρον ἄριστον —— Lege Proverb. *Ne quid nimis.*

Μηδ'

Μηδ' ὕπνον. Convertit Latine *Auſon.* *Nec prius in dulcem declinat lumina ſomnum, &c.* Eclog de viro bo.

Μολακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι. Molles hominum oculi generatim, exceptis morientium oculis interdum, ut apud *Suetonium*; & furentium, ut apud Plautum in *Menæchmis*, Scena *Ædepol.* Speciatim autem apud *Ovid. molles oculi* proclives ad flendum. in Nerone c. 49. lib. 1. de Remed. amor.

Mollibus eſt oculis? quod fleat illa refer.

Πελὶν ἢ ἡμείνων. Profert *Arrianus* in *Epicteto*, ſed paulo aliter, ſcilicet πελὶν ἢ ἡμείων ἔργων λογίσασθαι ἕκαστα. c. 10. l. 3.

Τείς. *Ter.* Nam is numerus perfectionis apud *Pythagoreos*, lege *Ariſtot.* c. 1. l. 1. de cœlo.

Πῇ παρέβω; Convertit *Auſon.* *Qua prætergreſſus?---* Ecl. de viro bono.

Sic enim rectius legitur, quam *quæ*, aut, *quo prætergreſſus*, &c. Habet autem Proverbii ſpeciem orti à *Pythagora*. Nam is hunc verſum crebro uſurpavit, hortari ſolitus autores ſuos *ut commemorarent cum quotieſcunq; domum ingrederentur*. Sic enim *Laertius*, Λέγεται παρεγγυᾶν αὐτὸν ἐκάστοτε τοῖς μαθηταῖς, τάδε λέγειν εἰς τὸν οἶκον εἰσιόντας. In Pytha.

Πῇ παρέβω; &c.

Proverbii autem vice uſurpaſſe videtur *Plutarch.* *Impios quotieſcunque res eis adverſæ contigerint, ſcelerum ſuorum ea ſupplicia eſſe putare, & cogitare illud,* lib. de ſuperſtitione.

Πῇ παρέβω; &c.

Hinc illud apud *Ciceronem M. Cato. Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ gratia,* lib. de ſenectute.

tia, quid quoque die dixerim, audierim, ege-
c.36.l.3. *rim, commemoro veſperi.* Eoque reſpiciens *Se-*
de ira. *neca, Animus quotidie ad rationem reddendam vocandus eſt---Faciebat,* inquit, *hoc* Sextius, *ut conſummato die cum ſe ad nocturnam quietem recepiſſet, interrogaret animum ſuum, Quod hodie malum tuum ſanaſti? cui vitio obſtitiſti? qua parte melior es?* Sic Ho-
Sat.4.l.1. ratius,

——*Neque enim cum lectulus, aut me*
Porticus excepit, deſum mihi. Rectius hoc eſt:
Hoc faciens vivam melius.——

Quibus ex locis intelligere licet, præcipuum hujus verſiculi, Πῇ παρέλω, commemorandi tempus fuiſſe veſperi, cum diſcederent cubitum: matutini vero temporis cum expergiſcerentur, non diſſimilem fuiſſe meditationem, ex eo *Pythagoræ* præcepto in-
Epiſt.ad- telligi poteſt, quod profert D. *Hieron. Duorum*
verſus *temporum maxime habendam curam, mane &*
Rufinum. *veſperi, id eſt, eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſerimus.*

Οὐκ ἐτελέσθη. *Arrian.* in *Epict.* loco citato,

——τί μοι δέον ἀπετέλεσεν.

Ἄρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου. *Arrian.* lo-
co citato, ἀρξάμενος δ' ἀπὸ τοῦδε.

Pædago- Δηλαδὴ μὲν ἐκπρήξας ὅπλα δόσεο. Pro-
gi ſui c. fert hunc locum *Clemens Alexandrinus*, atque
10, lib. 1.

ὅπ-

ὑπιπλήσσειν exponit νουθετεῖν. τὸ ὃ ὑπιπλήσσειν καὶ νουθετεῖν καλεῖται· τὸ ὃ ἐτυμολογεῖ, ἡ νουθέτησις, νοῦ ἐνθεμασμός. ὡς ἔστι τὸ ὑπιπληκτικὸν εἶδος, νοῦ παιδοποιητικόν. Ἐπιπλήσσειν *ſive increpare*, inquit, *etiam dicitur* νουθετεῖν. *Cujus verbi ea notatio eſt, ut ſit* νουθέτησις *quaſi* νοῦ *ſuæ mentis* ἐνθεματισμὸς *ſive ingeneratio. ita ut ſpecies admonitionis ea quæ dicitur* ὑπίπληξις *vim habeat inſerendi mentem ſive ſapientiam.* Quod autem dixit ἐνθεμασμὸν, idem vocavit ἐμποίησιν, definiens νουθέτησιν ψόγον νοῦ ἐμποιητικὸν, *vituperationem quæ inſerat mentem.* In verbis autem *Clementis* τὸ ὃ ἐτυμολογεῖ, ἡ νουθέτησις, νοῦ ἐνθεμασισμός, illud ἡ νουθέτησις gloſſema eſt. c. 9. ejuſd. libri.

Quid autem ſit ὑπιπλήσσειν docet *Clemens* idem, ὑπίπληξιν definiens ὕβριν ὑπιπληκτικὴν ἢ ψόγον πληκτικόν. denotãs ὑπιπλήσσειν eſſe quaſi verberatione quadam rationum & verborum reprehendere. Profert hunc locum etiam *Arrian.* in *Epicteto* loco citato, & legit δεινὰ μὲ ῥέξας ὑπίπλησσε. Sed vulgata lectio magis placet. Loco citato.

Ταῦτα πόνει. Πόνει refert ad memoriam quæ laborat in præceptis retinendis: ἐκμελέτα vero ad acumen ſive docilitatem, qua percipimus & meditamur: ἔρα vero ad cupiditatem diſcendi, ſive ἀκουστὴν ac φιλομάθειαν, & φιλόκαλον. Legendus *Hierocles.*

Θείης ἀρετῆς. Divinæ virtutis. Duplex enim virtus: una quidem ἡρωϊκὴ ſive θεία, *heroica* ſive *divina*: altera vero ἀνθρωπίνη ſive *humana.* Ut eſt apud *Ariſtot.* ad *Nicom.* c. 1. l. 7.

In Theæteto. Εἰς ἴχνια. Τίθεσθαι εἰς ἴχνια θείας ἀρετῆς, *In virtutis divinæ veſtigiis collocare*, nihil aliud eſt quam ὁμοιῶσαι τῷ θεῷ, ſive *Deo ſimilem efficere*. Similimus autem Deo ſapiens ſive præditus virtute. Qua de re *Plato* & *Galenus* nonnihil, & alii plurimi.

Lib. de cognit. & curat. morb. animi. c. 3. l. 1. c. 6. l. 1. Ναὶ μὰ τόν. Profert hunc locum *Plutarchus* De Philoſophorum decretis, & *Macrobius* in ſomnium *Scipionis*: ſed paulo aliter, nempe, Οὐ μὰ τόν, &c. Ex quo intelligere licet, cum *Pythagoræ* diſcipuli aſſeverarent, jurare ſolitos Ναὶ μὰ τὸν ἡμετέραν, &c. Contra vero cum quid negarent, Οὐ μὰ τὸν ἡμετέραν, &c. Eſſe autem μὰ ſive ναὶ, ſive conjunctim μὰ ναὶ formulam aſſeverandi: contraque οὐ μὰ negandi, copioſe diſputavit *Euſtath.* in *Homerum*. Sic *Pythagoras* ipſe initio libri de natura apud *Laertium*, Οὐ μὰ τὸν ἀέρα &c. Qui locus ſupra citatus eſt.

Iliad. 1.

In Pythagora.

Loco citato. Παραδόντα. Proferens hunc locum *Plutarchus*, & *Macrobius*, ait, *Pythagoreos* jurare ſolitos τετρακτὺν ſive *quaternarium*. Atqui non τετρακτὺν jurabant, ſed παραδόντα τετρακτύν, ſive illum à quo τετρακτύς ſive quaternarii ſcientiam acceperant. Is autem doctor eorum *Pythagoras*. *Pythagoram* itaque juratum ab eis, recte ait *Sextus Empiricus*, & interpres *Hierocles*. Sed pro *Plutarcho* & *Macrobio* reſponderi poteſt; Si propter quaternarii accepti beneficium, per *Pythagoram* jurejurando interpoſito res ſuas firmarunt, multo magis quaternarii ipſius jurejurando fidem ſuam adſtringere potuerunt. Notum eſt enim

c. 20. adverſus mathematicos.

illud

illud *Ariſtotelis*, Αεὶ γὰρ δι' ὃ ὑπάρχει, &c. *ſemper ea res propter quam alia exſiſtit, ipſa magis exſiſtat neceſſe eſt.* c. 2. l. 1. de de-monſt.

Ἀμετέρᾳ ψυχῇ. Παραδιδόναι ψυχῇ μαθήματα; pro διδάσκειν, *Tradere diſcipulorum mentibus*, pro *docere*. Nihil enim aliud eſt docere quam menti tradere: & diſcere, nihil aliud quam mente accipere. Itaque *Theodorus*, qui ex re cognomentum traxit *Athei*, dicere ſolitus erat, τῇ δεξιᾷ τοὺς λόγους ἐρέγεσθαι ὑπὸ, τῇ ἀριστερᾷ δὲ χεῖρας τοὺς ἀκουομένους. h. e. *Cum ipſe dextera manu ſermones de philoſophia traderet, à diſcipulis eos læva manu apprehendi.* ut eſt apud *Plutarchum*. Animæ vero noſtræ dixerunt *Pythagorei*, quoniam quaternarius animi numerus eſt. Qua de re paulo poſt dicendum erit plenius. Lib. de Tranq. animi.

Τετρακτύν. Explicatur hic locus à *Plutarcho* in Philoſophorum decretis hoc modo; Eos qui à *Pythagora* ſunt Philoſophos quaternarium jurare conſuevisſe, duabus de cauſis. Primum quia *Pythagoras* eorum doctor omnia ex numeris eorumque inter ſe proportionibus conſtare dixerit. Principia vero prima rerum eſſe unionem ac binarium; ac in illo quidem formæ vim eſſe, in hoc vero materiæ. Generatim autem, ſive univerſi numeri vim ac naturam eſſe denarium, quoniam ad hunc uſq; numerum ſimplices numeri ſint, deinde autem rurſus ab unione incipiendum eſſe. Denarii vero numeri vim eſſe in quaternario. Nam ſi quis numeros illos qui ſunt uſque Cap. 3. lib. 1.

ad quaternarium adjunxerit, exſiſtet denarius hoc modo. Itaque ratione principii ſive unitatis, ſive reipſa numerus univerſus in denario eſt : vi autem ſive poteſtate in quaternario. Altera vero cur ita jurarent cauſa fuit, quoniam quaternarius eſſe videatur numerus animi humani. Quatuor enim his rebus conſtare animum, *mente*, *ſcientia*, *opinione*, *ſenſu*. Quæ *inſtrumenta quatuor judicandi eſſe*, poſuit *Ariſtot.* Et *Hierocles* interpres ea vocavit κριτικὰς δυνάμεις, i. e. *facultates judicandi*. Quemadmodum vero mens humana ſimilitudinem habeat unitatis, ſcientia binarii, opinio ternarii, docet *Plutarch.* & à me, quoniam ſic inſtituti ſermonis ratio poſtulare videtur, paulo uberius declarabitur.

1. 2. 3. 4. — 10.

c. 3. l. 3. de Anim.

Loco cit.

Principio mens humana ſimilis unioni eſt, quoniam quæ multa ſunt extra mentem, ea cogitatione ſive mente unum fiunt: ut multi homines ſingulares ſunt in natura, *Coriſcus*, *Alexander*, *Clinias*, & cæteri; ſed unum eſt, & communiter in omnes præditos ſpecie figuraque humana conveniens, quòd mente percipitur, natura quæ definitione declaratur, ſive animal capax rationis ac diſciplinæ. Quare ut natura hominum eſt una; ita *quæcunque eſt hominis definitio*, *una in omnes valet*, ut inquit *M. Cicero*.

Lib. 1. de Legibus.

Scientia vero binarii ſpeciem habet, quoniam binarius, ut *Pythagoras* dicebat, numerus eſt *infinitatis* : ſcientia vero à rebus certis

tis & confeſſis, progreditur ad incertas,& dubitatione quaſi infinitas. Nihil enim aliud eſt ὑπόδειξις ſive argumentatio, quam *ratio quæ ex rebus perceptis, ad id quod non percipiebatur adducit*; ut poſitum eſt à *Cicerone*, ad exemplum ut opinor *Stoicorum*, à quibus non diſſimilis expreſſa definitio eſt apud *Laertium*, ὑπόδειξις ἐστι λόγῳ δια τῆς μᾶλλον καταλαμβανομένων, τὸ ἧττον καταλαμβανόμενον, περὶ πάντων.

In Lucul. In Zeno.

Opinio perſimilis ternarii eſt. Nam opinio non minus varia eſt ac multiformis quam *Proteus* : ternarius vero primus eſt numerus qui denotet multitudinem. Unde illud ſermonibus tritum, *Terque quaterque*, id eſt, ſæpius, ut apud *Horatium*, & *Propertium*, *Virgilium*, *Tibullum*, & apud *Homerum*,

Ode 31. l. 1. & 21. Eleg. 10. lib. 3. Æneid. 1. 4. 6 12. Eleg. 3. lib. 3.

Τεὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις-----

Atque hæ fere ſunt rationes *Plutarchi*.

Cur autẽ quaternarius numer⁹ cũ ſenſu cõparetur, nihil à *Plutarcho* commemoratum eſt; niſi, quod equidem ſuſpicor, in libro ejus lacuna eſt. Videri autem poteſt, quaternario numero cum vi ſentiendi in eo convenire, quod ut quaternarius unitate, binario, ternario poſterior eſt : ſic perceptio ſenſuum poſterior eſt mente, ſcientia, opinione, non quidem in rudi ſive naturali, ſed in artificioſa & limata cognitione, quæ propria eſt philoſophorum. Præterea ſenſus & quaternarii ſimilitudo ex eo ſumi poteſt, quod perinde ut vi ac facultate in quaternario continetur unio, binarius, ac ternarius : ſic mentem, ſcientiam,

entiam, & opinionem, affirmare licet poteſtate quodāmmodo ineſſe in vi ſentiendi, non aliter quam eæ res in principio eſſe dicuntur, quæ de principii ceu fonte profluunt. A ſenſibus enim quaſi principiis omnis proficiſcitur cognitio. Itaque *M. Cicero*, *Quicquid* inquit, *animo cernimus, id omne oritur à ſenſibus.* Et *Epicurus* apud *Laertium*, πᾶς γὰρ λόγος ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἤρτηται. *Omnis*, inquit, *ratio apta eſt à ſenſibus.* Sic philoſophiæ princeps *Ariſtoteles* mentem abſque ſenſu ait, videri eſſe ὥσπερ γραμματεῖον, ᾧ μηδὲν ὑπάρχει ἐνδελεχείᾳ γεγραμμένον, i. e. *quaſi tabellas in quibus nihil adhuc perſcriptum fuerit, ſed perſcribi omnia poſſint.* Nam facultatem illam recipiendi omnia declaravit *Ariſtoteles* adjectione verbi ἐνδελεχείᾳ. Neque diſſimili ratione poſuit in præceptis de Demonſtratione, *Eum qui ſenſu aliquo ſit orbatus, ſcientia rei alicujus carere neceſſario.* Hæc igitur de *Pythagoreorum* quaternario fere *Plutarchi* eo quem citavimus loco ſententia eſt.

Lib. 1. de Finibus.

In Epicuro.

Cap. 4. lib. 3 de Anima.

Cap. 8. lib. 1.

Libro de Platonis Timæo.

Sed *Plutarchus* idem alibi longe aliter numerum quaternarium ſive τετρακτὺν *Pythagoræ* declaravit. ſcilicet quaternarii nomine intelligi numerum XXXVI. quia is numerus contineat in ſe quatuor primos numeros pares, & quatuor numeros primos impares. Primi vero numeri pares, binarius, quaternarius, ſenarius, octonarius: impares unio, ternarius, quinarius, ſeptenarius. Quibus ita ſumtis ut infra poſui, exſiſtit numerus XXXVI. Nam poſita numerorum ſerie duplici, una parium, altera

altera imparium, ſi conjungantur ſuperiores cum ſubjectis, numerus XXXVI. elicietur hoc modo.



His ergo numeris 3. 7. 11. 15. collectis ad ſummam is erit numerus XXXVI.

3.
7.
11.
15.
36.

Atque hoc eſt quod *Plutarchus* θαυμαστὸν, i. e. *admirabile* vocavit, collectio ſcilicet quatuor numerorum qui primi ſint pares atque impares.

Hierocles autem aliter etiam ipſe τετρακτὼ ſive *quaternarium* exponit. Nam autore *Pythagora* in *ſacro ſermone* ſive ἱερῷ λόγῳ, tetradem ſive quaternarium eſſe *Deum* ipſum, μεγάλων δυνάμιν, *magnam vim*. Clariſſimus *Seldenus* nullus dubitat ſtatuere, per τετρακτὼ deſignari ſacroſanctum Dei nomen יהוה, quod τετραγράμματον uſitate dicitur. Valde interim probabile eſt illud non ignoraſſe *Pythagoram*, qui *Chaldæos* & *Hebræos* audiverit. Duabus vero de cauſis quaternarii nomine *Hierocles* naturam divinam poſſe intelligi ait. Primum quia in quaternario continetur denarius, qui numerus ſumma eſt naturæ univerſitatis, ut ſupra commemoratum eſt. Deinde quia quaternarius inter unionem ac ſeptenarium interjectus eſt, atque utriuſque facultatis particeps. Media enim obtinent quodammodo vim utriuſque extremi, ut eſt apud

c.1.L.5.de Natura. *Ariſtot.* Medius autem ſive interjectus inter unionem ac ſeptenarium quaternarius. Nam æquali ſpatio utrinque diſtat, ſcilicet intervallo ternarii. De vi autem & facultate unionis ac ſeptenarii legendus *Hierocles.*

Lib.3. Proclus vero in Timæum τετρακτύν nomine intelligit quatuor naturas: unam proprie adſpectabilem ſive ὁρατὴν, ſc. æthera: alteram ἁπτὴν ſive quæ *tactu percipi poſſit*, nempe terram: medium autem eſſe τὸ διαφανὲς ſive *tralucens*, idque duplex; unum terræ vicinius, ſive aquam; alterum igni propius, ſive aerem. Atque hanc τετρακτὼν à *Pythagora* intelligi conſtabit ex iis quæ poſtea dicturi ſumus ad verbum τύπτων.

c.20.adverſus mathematicos. In Apol. *Sextus Empiricus* tamen ut *Plutarchus*, quaternarii nomine denarium intelligit. Et *Athenagoras*; qui etiam adjungit quendam de *Pythagoræ* ſchola, cujus nomen apud ipſum in litura eſt, denarii nomine intelligi velle, naturæ totius univerſitatem. Nam deum eſſe id quo numerus is ſuperetur, qui maximo numero præcurrit. Maximus vero numerorum denarius, proximus huic novenarius, qui à denario ſuperatur unitate. Unitas igitur Deus eſt. Novenarius autem eſt natura quæ deo paret, atque ut inquit *M. Cicero, novem orbibus vel potius globis connexa eſt.*

6. de Republ.

In verbo τετρακτύς. Poſtremo *Suidas* quemvis numerum à *Pythagoreis* τετρακτὼν vocari ait, quoniam denarius ſit numeri perfectio. Denarii autem vis cerni poſſit in quaternario.

Παγάς. Fontem totius naturæ vocavit

Py-

τετρακτὸν, quoniam τετρακτὺς ſive *quaternarius* ex unitate profluxit, ex quaternione denarius, qui numerus omnium rerum ſumma eſt. Sic enim *Pythagorei* in hymno quodam apud *Proclum*, ὁ πᾶς ἀριθμὸς μονάδ' ὅτι καθ' αὑτὸ πεφῦλθε. Lib 2. in Tim. & lib. 3.

Τετρὰς δ' ἐπὶ ζαθέῳ, ἣ δὴ τέκε μητέρα πάντων
Ἄφθιτον, ἀκαμάτῳ, δεκάδα κλείουσι μιν ἀγνήν. h.e.

Numerus univerſus ex latebris unitatis prodiit.
Exſtitit æternus donec quaternio, matrem
Qui genuit rerũ iminotã, expertemq; laboris:
Quam decadem caſtam dicunt. ——

Ergo quod in illo *Pythagoreorum* hymno dicitur tetradis filiam eſſe decadem, hanc vero matrem eſſe univerſitatis; idem, ut inquit *Proclus*, hoc loco intelligi debet, cum τετρακτὺς ſive τετρὰς dicitur πηγὴ ἀενάου φύσεως, *fons naturæ ſempiternæ*. Quid autem *Pythagorei* unitatis, quaternarii, & denarii nomine intelligi velint, ſupra declaratum eſt. Scilicet unitatem Deum eſſe; quaternarium ignem, terram, aerem, aquam; denarium vero naturæ totius univerſitatem. Lib 3.

Unitatis nomine autem à *Pythagora* Deum intelligi docet *Juſtinus Martyr* in parænetico proferens verba ipſa *Pythagoræ*.

Ἀενάου. *Semper fluentis*. Nam ἀένναον eſt ἀεὶ νάον, i.e. *ſemper fluens* ſive redundans. Eſt enim, ut inquit *Euſtath.* νάειν τὸ πεπλησθῆναι, ὡς καὶ ἔξω ῥέειν. *Ita plenum quippiam eſſe* In Odyſſ. 9.

esse ut redundet. Itaque sive ad πηγῆς, id est, *fontis*; sive ad φύσεως, id est, *naturæ* nomen respiciamus, planissime convenit ἐπίταυσις sive *adjunctio* verbi ἀέννα☉. Est enim propria naturæ quasi fontis cujusdam profluentis. Recentius autem ἀέννα☉ quam ut est in aliis libris ἀιέννα☉. Nam apud *Plutarchum*, & alios à quibus hic versiculus citatur, est ἀίνα-ος, sed imperiti scripserunt ἀιέννα☉, nempe ut fulcirent versum.

c. 3. l. 1. de Philosoph. decretis.

Φύσεως. Concinnius fortasse Ionice φύσ-ος. Verum hoc quidem parvi momenti est: illud gravius quod *Plutarchus* in Philosophorum decretis aliter hunc versum citavit.

c. 3. l. 1.

Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.

Naturæ fontem æternæ, radicibus aptum.

Ῥιζώματα vero intelligit quatuor naturas, *æthrem, terram, aerem, ignem.* Ut *Empedoclis* carmine intelligi potest, qui apud *Plutarchum* enumeraturus quatuor fluentium rerum principia, sic exorsus est;

Loco citato.

Τέσσαρα πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε.

Naturæ primum radices quattuor audi.

Deinde subjungit, *Jovem, Junonem, Orcum, & uterum.* Jovis ut inquit *Plutarchus* nomen usurpans pro æthere, Junonis pro aere, Orci pro terra, uteri pro aqua.

Ergo discipulus aliquis *Pythagoræ* qui carmen hoc edidit, versiculos illos præceptoris sui truncatos, ut videtur, ad institutum suum deflexit.

Iliad. 19. Τελέσαι. Nam ut *Homeri* proverbium habet,

—θεὸς

——θεὸς δὲ πάντα τελευτᾷ. De quo *Euſtath.*

——*Deus omnia perficit.*——

Σύστασιν. Σύνταξιν τῆς ὅλης, ut expoſuit *Hierocles:* h.e. *conſtitutionem totius naturæ univerſitatis.* Sic *Plato* in Timæo dixit σύστασιν κόσμου. Et autor libri de mundo ad *Alexandr.* κόσμος ἐστὶ σύστημα, &c. ἄθροισμα, συναγερμὸς, σύστασις *Julio Polluci* ſynonyma.

Pollicetur itaque *Pythagoras* fore ut his præceptis parentes, totius naturæ, i. e. rerum divinarum ac humanarum ſcientiam adipiſcantur.

Ἥ τε ἕκαστα διέρχεται. *Quatenus quicque progreditur.* Quam late pateat cujuſque rei vis ac natura; ut hominis naturam patere latius quam ſtirpis aut pecudis, ſive hominem præcellentiorem eſſe rebus iis quæ carent ratione.

Ἥ τε κρατεῖται. *Quatenus quicque coercetur ac ſuperatur.* Sive quanto cujuſque rei natura minus late fuſa ſit quam alterius. Ut natura Deorum ſuperat humanam; ac in ipſo deorum genere tres illi ſunt gradus, de quibus initio commemoratum eſt, nempe cœleſtium, heroum, ac terreſtrium, ſive dæmonum. Itaque his verbis διέρχεται & κρατεῖται, exprimitur univerſæ naturæ quaſi deſcriptio ſurſum ac deorſum. Nimirum διέρχεσθαι ſive progredi & pervenire ſurſum, ut à miſtis naturis ſive imperfectis, ad ſtirpes; à ſtirpibus, ad pecudes; à pecudum genere, ad homines; ab hominibus, ad heroes; ab heroibus, ad ſuperos

peros ſive cœleſtes. Retro vero contraque κρατεῖσθαι ſive ſuperari deorſum, à cœleſtibus, heroum genus; ab heroibus, homines; ab hominibus, pecudes; à pecudum genere, ſtirpes; à ſtirpibus, imperfecta.

Φύσιν πεεὶ παντὸς ὁμοίων. *Naturam ex omni parte ſui ſimilem eſſe.* Sive naturæ partes omnes rata quadam portione contineri. Hoc autem *Pythagoræ* decretum eſt apud *Lertium*, ſcilicet καθ' ἁρμονίαν συνεχεσθαι τὰ ὅλα, id eſt, *Omnem naturam harmonia, ſive rata portione cohærere.* Nam & imperfectæ naturæ, ſtirpium; & ſtirpes, pecudum; & pecudes, hominum; & homines, heroum; & heroes cœlitum ſocietate quadam, & quaſi agnatione tenentur. Itaque φύσιν ὁμοίων dixit pro ἀναλογὸν, ut *M. Cicero* eam quæ Græce ἀναλογία dicitur Latine convertit *ſimilitudinem, cum tranſlationem optimam eſſe ait ſimilitudinis*, h. e. analogiæ.

In Pythagora.

Lib. 3. de orat. & in orat. perf. & Top. ad Trebat.

Ἡ δίκη ἐστὶ. Θεσμῷ ſive νόμῳ διοικεῖται, *juxta legem dei ſupremi.* De qua principio dictum eſt —νόμῳ ὡς διάκειται.

—*Ordine legis.*

Ὥστε οὐ μὴν. Nam qui res omnes conditione ac lege naturæ metitur, is neque inani ſpe ducitur, neque rerum ignoratione fallitur. Verbi cauſa, non ſperat ſe cum ſit homo, deum fieri poſſe, aut alis ſublevari in cœlum, quia intelligit neutrum fieri poſſe: neque inſcientia & ignoratione obcæcatus falſa pro veris, vitia pro virtutibus, quaſi *Ixion* aliquis nubem pro *Junone*, amplexatur.

Ἀελπῆ

Ἄελπ' ἐλπίζειν. Gratia quæſita ex contrario & ſimilitudine ſoni. *Non ſperanda ſperare.* Sic Horat. *Immortalia ne ſperes*, &c. Ode 7. lib. 4.

Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους. Profert hunc locum Chryſippus apud Agellium, & legit γνώσῃ. c. 2. l. 6.

Αὐθαίρετα πήματα. Ἔπαασχε κακά ut loquitur *Homerus* agens de *Ixione*. Sic νόσους αὐθαιρέτους dixit *Euripides* in Bellerophonte apud *Stobæum*, & *Menander* in Canephoro ἀτυχήματα αὐθαίρετα, apud *Stobæum* eundem. *Homerus* etiam ἄλγεα ὑπὲρ μόρον, i.e. *Ægritudines præter fatum.* Quibus contrariæ δαιμονίαι τύχαι, de quibus ſupra commemoratum eſt. Item θεήλατοι συμφοραὶ apud *Euripidem*, i. e. ut *M. Cicero* convertit, *ira cœlitum invecta mala*, & νόσοι θεήλατοι apud *Sophoclem* in Phædra. Odyſſ. 18 Sermone 242. Serm. 254. Odyſſ. 1. 4. Tuſc.

Ἔχοντας. *Agellius* ex *Chryſippo* legit ἑλόντας. Quæ lectio inepta eſt. Nam & imitatus autor hujuſce carminis illud *Homericum* eſt, ------ ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν. Et inconcinna repetitio eſt, ἑλόντας αὐθαίρετα. Verbi enim ἑλεῖν vis eſt in nomine αὐθαίρετον. c. 2. l. 6. Odyſſ. 1.

Ἀγαθῶν. Bona intelligit virtutem ac veritatem, ut recte *Hierocles.*

Πέλας ὄντων. *Cum bona in propinquo ſint.* Reſpicere autem videtur ad ſententiam illam Philoſophorum, Mala eſſe adventitia, bona vero nobis ingenerata eſſe à natura. De qua interpres *Euripidis*, ᾧ οἱ φιλόσοφοι διδακτὰ λέγουσι τὰ κακά· φυσικὰ δὲ τὰ ἀγαθά. *Et Philoſophi mala doceri poſſe aiunt, bona vero inſita eſſe à natura.* Et Joannes Tzetzes, πάντα In Hip. polytum. In Heſiod.

τὰ ἀγαθὰ σύμφυτα τοῖς ἀνθρώποις· ἐπήκτητα δὲ τὰ φαῦλα. *Bona omnia nobis ingenerata esse: mala vero esse adventitia.* Eaque de Proœmio re *M. Cicero*, cujus etiam illud est in Dialogo 3. Tusc. & l. 1. de Legib. de Partitionibus Orat. *Est genus hominum ad honestatem natum*, &c.

Οὐκ ἐσορῶσι. Ἐσοράν, hoc est, videre, ad inventionem refert; κλύειν vero sive *audire*, ad perceptionem rerum earum quas dixerint alii. Declarat enim quosdam esse tam abomni laude & honestate aversos, ut neque ipsi per se bona dispicere possint, neque aliorum præcepta intelligere curent, aut servare. Quos Lib. 1. *Hesiodus* Poeta vocavit ἀχρήϊους sive *inutiles*. Lib. 32. Et *Minucius* apud *Livium*, *Qui*, inquit, *nec ipse consulere, nec aliis parere scit, extremi ingenii est.*

Οὔτε κλύουσι. Sic de multitudine imperitorum Lib. 10. *Sappho* apud *Athenæum*.

Ὁ δῆμος ἰδὲν ἔτ' ἀκέων, ἔδ' ὁρῶν.

Vulgus nihil quicquam videns neque audiens.

Λύσιν δὲ κακῶν. *Solutionem sive liberationem à malis.* intelligit commentationem mortis, sive mortem Philosophicam, qua, ut *M.* 1 Tuscul. *Cicero* inquit, *secernimus à corpore animum.* In Phædone. Sic *Plato* ejusmodi mortem vocavit λύσιν καὶ χωρισμὸν ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, *Solutionem sejunctionemque animi à corpore.* Item κάθαρσιν 1. Tusc. sive expiationem. Legendus *M. Cicero*, & Epist. 81. *Seneca.*

Πᾶσι. *Pauci* eam solutionem sive id mortis genus intelligunt, quippe Philoso-

phi

phi tantum ſive ſapientes. Imperiti vero mortem vocant eam qua corpus interit, quam Philoſophi contra viam vocarunt ad vitam. Itaque *Porphyrius* apud *Stobæum* mortem illam priorem θάνατον τῶν φιλοσόφων vocavit, ſive *mortem Philoſophorum*: poſteriorem autem ſive naturalem vocavit σωτηρωσμένων, i. e. *cognitam*, ſcilicet vulgo. Quare cum ſapientes pauci ſint, ſapientibus vero ſolis ea mors cognita ſit, quam *Plato* μελέτημα τῶν φιλοσόφων, i. e. *commentationem Philoſophorum*, Pythagoras λύσιν κακῶν, i.e. *malorum ſolutionem* vocavit, merito pauci hoc genus mortis intelligere dicuntur. Sermone 272. In Phædone.

Τοίη μοῖρα. *Tale fatum*, ſcilicet ultro acceſſitum ſive αὐθαίρετον. Nam per acclamationem vituperat illos qui cum ſcelerate atque impie fecerint, Deum autorem fuiſſe aiunt. ut ille apud *Terentium* virgine ſtuprata nequiſſimus adoleſcentulus, *Quid ſi*, inquit, *hoc quapiam voluit Deus?* Et ille apud *Plautum* ſtipes, in re ſimili, *Deus*, inquit, *impulſor fuit*. Quare *Jupiter Homericus* conqueritur ſe ab hominibus accuſari quaſi omnibus eos malis oneret, cum ipſi moleſtiis ac miſeriis ſeſe implicent. Ubi legend. *Euſtath.* In Eunucho. In Aulularia. Odyſſ. 1.

Οἱ δ' κυλίνδεσις. Hinc *Chryſippi* comparatio ſumta eſſe videtur de *Cylindro*, in diſputatione de Fato, apud *Ciceronem* & *Agellium*. Sed *Alexander* Aphrodiſienſis in libro de Fato comparationem illam ut abſurdam reprehendit. Lib. de Fato in extremo. c. 2. lib. 6.

Cylindri autem videntur intelligi poſſe rerum

rum viciſſitudines, ſimiles volutationibus *Cylindri*. Quas viciſſitudines Poetæ vocarunt *rotam fortunæ*. Eas vero mutationes *Pythagoras* exſiſtere ait errore hominum imperitorum, cum ſapientes talium volutationum ſint expertes. quo ſenſu ipſe ſupra.

Οὐ παύυ τοῖς ἀγαθοῖς, &c. Sed omnino volutationes potius intelligendæ animorum in alia atque alia corpora migrationes, quouſque ab omni contagione corporis expiatæ ſint.

Quo ſenſu in extremo hujuſce carminis adjungit,

Ἦν δ' ὑπολείψας σῶμα. κυλίνδεσθαι itaq; intelligit, quem κύκλον ἀνάγκης vocatum à *Pythagora* inquit *Laertius*. Virgilius *temporis orbem* lib. 6. Æneid. Item *Rotam*. —— *ubi mille rotam volucre per annos*, &c. *Si tandem ſolutus ab omni corpore in cœlum perveneris*, &c. Itaque ne *Hierocles* quidem ſatis plane, qui κυλίνδεσθαι, καταγώγοις πράξεσιν, id eſt, actionibus à cœlo avertentibus, expoſuit.

Lib. de Fato, & 2. de nat. Deor.

Cylindri vero nomen etiam uſurpavit *Cicero*, inopia ſcilicet verbi Latini. Et *Virgilius* lib. 1. Georg. ubi de *Cylindro Servius*.

Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλο. *In aliud atque aliud corpus*. Sic *Laertius*, πρῶτόν τέ φασι τὸν Πυθαγόραν φῦναι τὴν ψυχὴν κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις. *Primum ferunt Pythagoram fuiſſe qui diceret animum obire neceſſitatis orbem, & in alia atque alia corpora migrare.*

Ἀπείρονα πήματ' ἔχουσες. Ἀπείρονα, ἵνα μὴ πέρατος. Mala quæ nunquam finiuntur, quia

quia ſcilicet λύσιν κακῶν, i. e. *malorum ſolutionem* neſciunt. Nam ii quibus ſolutio illa cognita eſt, nempe ſapientes, non perpetiuntur mala ſempiterna, ſed in æthera purum è corporibus emigrant. Qua de re infra, ἦν δ' ἀπολείψας ζῶμα——

Λυγρὴ γὰρ ἔρις. Contentio rationis & appetitus. De qua *Empedocles* apud *Hieroclem* agens de homine, inquit,

——φυγὰς θεόθεν κὴ ἀλήτης
Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος——
——*patria cœleſti pulſus, & errо,*
Quo furioſa rapit contentio, fertur——

Quem locum etiam citavit *Plotinus*. c. 1. l. 8. Enneadis 4.

Σύμφυτος. Contentio enim illa penitus inſita eſt animis à natura. Ut ſentit *Pythagoras* & *Plato*. Legendus *Plotinus*, et *Virgil.* lib. 8. 6. Æneid. Sed utrum ex animo an corpore lis ea naſcatur, quæſtio eſt. profani ex corpore putant; Chriſtiani ex animo eam exſiſtere. Legendus D. *Auguſtinus*. c. 3. lib. 14. de civit. Dei.

Βλάπτουσι λέληθε. Λεληθότως βλάπτει. *Latenter nocet*. Namque inſcientibus nobis quaſi obrepunt perturbationes.

Εἴκοντα ὄφ φεύγειν. Fugiendam eſſe contentionem illam cedendo, ſcilicet rationi. *Ita ut ratio præſit, appetitus obtemperet*, ut eſt apud *Ciceron*. Excitat vero ſive προσάγει pugnam illam titillatio ſenſuum. Qualis *Tiberii* perverſitas, qui *excitare ſolitus libidines jacentes*. lib. 1. de Offic. Sueton. in Tiberio.

Ζεῦ πάτερ ἢ πολλῶν γε. Legendum eſſe videtur Ζεῦ πάτερ ἢ πολλῶν γε. Sententia

enim eſt, *Jupiter pater, ſane multis malis homines liberaris, ſi planum eis feceris quali dæmone utantur.* Atque ita legiſſe *Hieroclem* ex interpretatione ejus facile intelligitur. Itaque & in ſequente verſu legendum eſſet οἱ πᾶσιν.----

Οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται. Οἵᾳ ψυχῇ *quali mente ſive animo*, ut recte *Hierocles*. Sententia vero eſt, Omnes fore beatos ſi mentem ſuam ſive animum, i. e. ſeipſos noverint. Mentem vero dæmonem, ſive genium appellari à Philoſophis, intelligimus ex *Ariſtotele*, c. 3. lib. 2 Top. καθάπερ, inquit, Ξενοκράτης φησὶν, εὐδαίμονα εἶναι ᾧ ἂν ψυχὴ ἔχοντα εὐδαίμονα· ταύτῃ γὰρ ἑκάστῳ εἶναι δαίμονα. h. e. *Quemadmodum Xenocrates ait, εὐδαίμονα eſſe illum cui mens bona ſit. Hanc enim eſſe cuique dæmonem.* Quo reſpexit *Apuleius*, lib. de Deo Soc. *Nonnulli*, inquiens, *arbitrantur εὐδαίμονας dici beatos, quorum dæmon bonus eſt, id eſt, animus virtute perfectus eſt, quem poſſis Genium vocare.* Sic apud Stobæum, Sermone 210. Οἰνοπίδης ἔφη τὸν νῦν παραίτιον δαίμονα τοῖς μὲ πεπαιδευμένοις ἀγαθῶν· τοῖς δ' ἀπαιδεύτοις, κακῶν. *Oenopides dicere ſolebat mentem genium eſſe, hominibus quidem doctrina liberaliter informatis felicitatis cauſam; averſis autem à doctrina, infelicitatis.* Neque diſſimile illud *Heracliti* apud *Stobæum*, Sermone 250. Ἡράκλειτος ἔφη, ὡς ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων. *Heraclitus dicere ſolitus erat, ſuos cuique mores genium eſſe.*

In Alcibiade 1 lib. 4. de vita Soc. 1. Tuſc. Jam vero noſſe mentem ſuam idem eſſe quod *Apollinis* præcepto imperatur, nempe ut nos ipſi norimus, docet *Plato*, *Xenophon*, & *M. Cicero*. Ἀλλὰ

Ἀλλὰ σὺ θάρσει. *Tu vero fac habeas fortem animum.* Tametsi enim est perdifficilis animi sui notitia, tamen quia deorum quasi gente & agnatione homines tenentur, natura eos divina quasi manu ad notitiam sui perducit. Animi vero sui notitiam perarduum quiddam esse docet *Plato*, ubi *seipsum nosse*, fatetur esse παγχάλεπον, i.e. *perdifficile*. Alcibia. de 1.

Θεῖον γάρ ἐστι βεβαιοῦσιν. Quod *Pythagoræ* decretum est apud *Laertium*, Ἀνθρώπων πρὸς θεοὺς συγγένειαν. i. e. ut *M. Cicero* loquitur, *Homines Deorum agnatione ac gente teneri.* Idcirco *Philo* homines esse ait, μίμημα καὶ θείου ἀπεικόνισμα, *imago* sive *effigies Dei.* Plato φυτὸν ἔμφυτον, *plantam cœlestem.* Horat. *Divinæ particulam auræ.* Lib. 1. de legib.

Ἱερὰ φύσις. Τὸ θεῖον sive θεὸς, à quo laudandarum rerum omnis scientia fluit. *Philo*: νοῦς καὶ λόγος, *mens & ratio*, scil. τὸ τῆς ψυχῆς ἄριστον εἶδος, *id quod in anima præstantissimum est*: cujus filiæ ἐπιστῆμαι καὶ ἀρεταὶ, *scientiæ & virtutes. Hierocles* tamen ἱερὰν φύσιν *Philosophiam sive sapientiam* voluit intelligi. Verum ipse paulo post à se dissentiens nobiscum facit. Aliorum autem errata persequi piget.

Ἔργα. τὰ δέοντα, ut recte *Hierocles. Omnes officii numeros, aut omnia quæ necessaria sunt ad animi sui notitiam.*

Ὧν εἴ τοι μέτεσι. Quorum si ullo modo es particeps. Rerum scilicet earum quas natura divina sive Deus mentibus humanis inserit. Hoc est, nisi plane bona ante pe-

des posita neque cernere neque audire velis.

Κρατήσεις ὧν σε κελεύω ἐξακέσεις. *Compos fies voti, morbis animi, ut impero, sanatis.* Nam mihi interpungendum videtur post verbum κρατήσεις. Ut præcise dictum sit κρατῆν pro voti sui compotem fieri, ut Latine, vincere. Quanquam *Hierocles* paulo aliter declaravit; nempe, *Quarum rerum si fueris particeps, id ita demum ostendes sive probabis, si rebus honestis & scientiis deditus fueris, quæ sola medicina sive curatio est animi*, &c.

Πόνων ἀπὸ τῶνδε. Τῶν τῇδε πόνων. A contagione corporis, ut recte *Hierocles*.

Ἀλλ' εἴργε. Ut corpus imperio rationis facilius obtemperet, à certo inquit ciborum genere abstinendum esse.

Βρωτῶν. Ut gallo candido, vulva, capite, morticinis, piscibus, urticis, triglis, ovis, oviparis, cibis de mensa lapsis, piscibus sacris, & si quæ similia sunt: potissimum autem ab erythrino sive rubellione pisce, corde, fabis, & eo genere animalium cui nigra cauda est. *Lactius*, *Suidas*, *Hierocles*, *Agellius*. In Pythag.

Ὧν εἶπομεν. *Diximus.* Non hoc quidem carmine, sed in apophthegmatis sacris. Sic enim *Hierocles*, Τὰ δὲ ὅπη μέρους ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀποφθέγμασιν, ἐν ἀπορρήτῳ παρεδίδοντο. *De cibis vero specialim ea in apophthegmatis sacris tradita sunt, quæ in vulgus edere non licet.* Noct. Attic. l. 11. lib. 4.

Ἐν τε καθαρμοῖς. De quibus *Pythagoræ* decretum est apud *Laertium*, τὸ δὲ ἁγνείαν εἶναι διὰ καθαρμῶν, καὶ λύσεων ἀπορρήτων. καὶ διὰ In Pythag.

διὰ πᾶσα αὐτὸν καθαρεύειν ἀπό τε κήδους, καὶ λέχους, καὶ μιάσματος παντός. h. e. *Caſtitatem vero poſitam eſſe in expiationibus & adſperſionibus aquæ. Iiſque modis corpus à luctu, à venere, ac labe omni purgandum eſſe.*

Ἐν τε λύσει ψυχῆς. Solutione animi, ſive commentatione mortis. Quanquam *Hierocles* intelligit ſapientiam, quæ dicitur à *Pythagora* & *Platone* Dialectica.

Κείνων. In editionibus pleriſque, ut Venetis, κρῖνον. Utraque lectione idem efficitur. Nempe & in expiationibus corporis & in ſolutione animi debere judicari cibos, ſive delectum adhiberi ciborum, ne iis cibis utamur qui utrique rei adferre poſſint moram & impedimentum. Alia tamen *Hierocles*, quæ legere licebit cupientibus ad *Pythagoræ* normam philoſophari.

Ἡνίοχον. Sic *Plato* rationem aurigæ comparavit, perturbationes equis. In Phædro.

Γνώμην ἀρίστην. *Rationem æquiſſimam*, ut apud *Ariſtotelem* γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ. c. 13. l. 1. de Arte dic.

Αἰθέρ' ἐλεύθερον. Aerem liberum ſive purum: cui oppoſitus aer qui eſt terræ proximus, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quem *craſſum & concretum Cic.* vocavit, eumque animis, cum è corporis domicilio emigrarint, *perrumpendum ac dividendum* eſſe ait. Attingitur autem hoc in loco *Pythagoræ* decretum quod commemoravit *Plutarchus*, τὴν ψυχὴν ἐξιέναι εἰς τὸν τοῦ παντὸς ἀναχωρεῖν, πρὸς τὸ ὁμογενές. *Animum poſtquam è domicilio corporis migrarit, in naturæ univerſitatis* Tuſcul. 1 c. 7. l. 4. de philoſ. decretis.

animam remeare, in aerem ſibi cognatum & affinem.

Ἢν δ' ἀπολύσας σῶμα. *Si omni contagione corporis liberatus.* abſoluta migratione de corpore in corpus, aut poſt λύσιν ſive animi *ſolutionem* à corpore.

Ἔλθῃς. Similitudo ſoni quæſita ἐλεύθερον ἔλθῃς. Nam ἐλεύθερον ἀνθ' τὸ ἐλθεῖν. Lege *Suidam.*

Ἔσεαι ἀθάνατος. Non jam ſæpius migrans de corpore in corpus, experſque interitus, deorum vitam deges in æthere ſive Elyſio.

Θεὸς ἄμβροτος. Imitatus *Pythagoræ* diſcipulus *Empedocles.*

Χαῖρε', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος· οὐκ ἔτι θνητὸς
Πωλεῦμαι——*Laertius,*

In Pythagora. *Non ego mortalis nunc ſed Deus ibo.*
Valete.

FINIS.

FRIDERICI SYLBURGII IN PYTHAG. AUREA CARMINA NOTÆ.

Suidas cum ſcribit quoſdam *Pythagoræ* præter tres genuinos libros, nempe παιδευτικὸν, πολιτικὸν, & φυσικὸν, adſcribere etiam τὰ χρυσᾶ ἔπη, ſignificat plures fuiſſe qui *Pythagoram* pro verſuum iſtorum autore non habuerint. Quorum ſententiæ patrocinari videatur quod *Diogenes Laertius* in vita *Pythagoræ* nullam hujus poematis mentionem facit. & cum *Pythagoras* fere *Dorico* idiomate in ſuis ſcriptis uſus ſit, in hoc poematio duo tantum verſus (47. & 48.) Doriſmum, cæteri majori ex parte Ioniſmum habent; & philoſophi hujus ſublimitatem minus adæquant. Cum igitur, eodem *Laertio* teſte, *Lyſis*, *Hippaſus*, *Aſto*, quædam à ſe ſcripta, ſub *Pythagoræ* nomine in lucem ediderint, ſuſpicio eſt hæc quoque magis à diſcipulis *Pythagoræ*, quam ab ipſo *Pythagora* eſſe conſcripta: eo nempe modo quo *Socratis* ὑπομνημονεύματα à *Platone* & *Xenophonte* literis ſunt mandata. *Chryſipp.* ſane apud *Gellium* l. 6.

cap. 2. hunc verſum, Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας, qui 54. eſt in hoc opuſculo, *Pythagoreis* tribuit, non *Pythagoræ*: ubi etiam ſimilitudo quæ de cylindro paulo poſt hunc verſum ſequitur, luculentius exponitur. Quia tamen idem *Suidas* cum *Laertio* tradit *Pythagoram* ſubinde diſcipulis ſuis præcepiſſe, ut domum è publico regreſſi, ſecum ipſi ruminarent, Πῇ παρέβλω; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; qui hujus poematii verſus eſt 42. in eam ſententiam adducuntur alii, ut cæteros quoque hujus Aurei carminis verſus *Pythagoræ* eſſe credant; præſertim cum à *Stobæo* & aliis multis *Pythagoræ* adſcribantur. Is certe cujus poema eſt *De viro bono*, ſive *Virgilius* eſt, ſive alius potius, *Pythagoræ* locum eum quem vertit, adſcribere videtur. Utut ſit ſive à *Pythagora*, ſive à diſcipulis ejus conſcripti ſunt hi verſus, pleraque omnia *Pythagoricæ* diſciplinæ præcepta continent: & quæ *Laertius Pythagoræ* præcepta tribuit, maxima ex parte hic quoque verbis non multum diſcrepantibus leguntur; ut ex collatione cuique perſpicere licet. Quam utilia vero ſint hæc ἔπη, (ſive *dicta*, ſive καθ' ἑξάχω̃ *hexametros verſus* eo nomine accipere libet) ſatis declarat epitheton χρυσᾶ: ut auro ipſo pretioſiora præcepta iis contineri lectores intelligant: quæ majori ex parte talia certe ſunt, ut cum Chriſtianæ doctrinæ præceptis non male conſonent. Sed ut quod præcipue mihi propoſitum hic eſt perſequar, diverſam exemplarium ſcripturam;

Verſ. 1.

Verſ. 1. quidam libri habent κἀκεῖται, imperſonaliter nempe pro *diſpoſitum eſt.*

Verſ. 9. quidam lib. κρεῖττον δ' ἐνίζεο: magis poetice. ut mox v. 35.

Verſ. 12. *Stob.* μήτ' αὐτὸς πάντ. *Auſonius* eum verſum ita extulit, *Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.*

Verſ. 13. *Stob.* ἄσχει, imperativo modo.

Verſ. 24. quidam lib. πρᾴως ἔχ'. h. e. *leniter cede.* & mox ἐπὶ πᾶσι, *in omnibus.*

Verſ. 40. locum hunc expreſſit autor *Viri boni* hoc diſticho, *Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum, Omnia quam longi reputaverit acta diei.* Sequentia quoque idem poeta Latinus ſic reddidit; *Quæ prætergreſſus? quid geſtum in tempore, quid non? Quid mihi præteritum? Sic dicta & facta per omnia Ingrediens, ortoque à veſpere cuncta revolvens, Offenſus pravis, dat palmam & præmia rectis.* Eodem reſpexit *Ciceronis Cato* major, cum inquit, *Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim, & egerim, commemoro veſperi.*

Verſ. 42. *Suid.* ποῖ παρέβλω, i. e. *ubi*, ſeu *quo?*

Verſ. 47. Nota Doriſmum in ſolis hiſce verſibus; cum reliqui omnes Ioniſmum habeant. Sed Ionica etiam dialecto uſum eſſe *Pythagoram*, non tantum Dorica, inter cætera declarat apud *Laertium Pythagoræ* ad Anaximenem epiſtola Ionico idiomate ſcripta. De quaternario autem numero viſe *Macrob.* in Somn. Scip. lib. 1. cap. 6.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΑΣΤΕΙΑ.

HIEROCLIS
PHILOSOPHI
FACETIÆ;

De priſcorum ſtudioſorum dictis & factis ridiculis.

Una cum aliquibus in eaſdem Annotationibus.

LONDINI,
Ex officina ROGERI DANIELIS,
MDCLIV.

LECTORI S.

Vulgaris eſt opinio, & quæ pleroſque omnes indoctos præcepit, eos qui in aulas magnatum aut ſcholas amandantur magiſtrorum, non modo doctiores, ſed moratiores inde revenire civilioreſque. Equidem de aulis nullus inficior, optimas eſſe officinas, ubi adoleſcentium expoliantur mores, urbana indatur aſtutia, ac in ipſa humana converſatione amabilitas. Sunt nimirum Aulici, ſi quod hominum genus, ut Ammonius *loquitur,* χαείοντες ἢ ὀπιδέξιοι ἐν τῇ πολιτικῇ ὁμιλίᾳ : *abeſſet tantum nuda illa ſimulatio, &* Spartana *mentiendi ac fallendi promptitudo. Contra ea Scholaſtici homines ſunt ſimpliciſſimi & falſare neſcii; in mortalium cœtu inepti, inſiceti, inſulſi, ſtupidi, inertes, denique ad omne opus aggrediendum inhabiles. quos ubi videris in congreſſu, riſum vix eſt ut comprimas, ita ſalutati tergiverſantur reſpondere, cum animo ſuo (opinor) prius diſputantes, manus porrigenda ſit an attrahenda, pes dexter an ſiniſter flectendus, an uterque ſimul, quod in ruſticis obſervamus. Hic aliis confabulantibus veluti truncus adſtat, ore hiante picturas aliamve rem objectam cum ſtupore contemplatur : alter, nemine advertente clam ſeſe ſubducit, &, ut eſt apud* Horatium, ſtatua taciturnior exit : *alius in menſa tanquam abſens adſidet, profunde cogitabundus quaſi enthuſiaſta quidam (phantaſta certius verius dixerim) in ſublime cœlum raptus, nihil eorum*

rum quæ aguntur vel dicuntur penſi habens. unde cum ordo eum tangit vel ſors, vel ſi obiter rogetur, fere οὐδὲν πρὸς ῥόμβον, *tantum abeſt ut ad aliorum qua geſtuum qua morum formulam ſeſe componere periclitetur.* Ideo adoleſcentulos *optimus vitæ humanæ Arbiter* exiſtimavit in ſcholis ſtultiſſimos fieri, quia nihil ex iis quæ in uſu habemus vel audiunt vel vident. *Et quidam apud* Athenæum, Philoſophi, *ait,*

Sermone ſolo ſunt ſapientes; cæteris
In rebus eſſe novi ego ſtultiſſimos.

Quod de illis dictum arbitror, quibus anima non eſt pro ſale. quippe reliqui ne ipſo quidem ſermone. Exempla ſuggerit elegans iſte libellus, quo Hierocles *ſive* Pythagoricus *ille fuerit, ſeu alius quiſpiam,* χαρακτῆρα *expreſſit* ἀναισθησίας χολαστικῆς. *Eum nuper, cum ocium eſſet, & animum oblectandi ſicut in ludum mitterem, ex vet. lib. deſcripſi, tranſtuli, operaque tralaticia in uſum tuum, Lector, caſtigavi, ut in eadem otii circumfluentia eſſet unde tibi faceres volupe. Vale, & quam rem gerant Scholaſticæ ante-veteres & nunc-novi, pariter cogita.* Myrtilleti K A L. M A R T.

LECTORI S.

Vulgaris eſt opinio, & quæ pleroſque omnes indoctos præcepit, eos qui in aulas magnatum aut ſcholas amandantur magiſtrorum, non modo doctiores, ſed moratiores inde revenire civilioreſque. Equidem de aulis nullus inficior, optimas eſſe officinas, ubi adoleſcentium expoliantur mores, urbana indatur aſtutia, ac in ipſa humana converſatione amabilitas. Sunt nimirum Aulici, ſi quod hominum genus, ut Ammonius *loquitur,* χαείοντες καὶ ὄντες ἄξιοι ἐν τῇ πολιτικῇ ὁμιλίᾳ : *abeſſet tantum nuda illa ſimulatio, &* Spartana *mentiendi ac fallendi promptitudo. Contra ea Scholaſtici homines ſunt ſimpliciſſimi & falſare neſcii; in mortalium cœtu inepti, inſiceti, inſulſi, ſtupidi, inertes, denique ad omne opus aggrediendum inhabiles. quos ubi videris in congreſſu, riſum vix eſt ut comprimas, ita ſalutati tergiverſantur reſpondere, cum animo ſuo (opinor) prius diſputantes, manus porrigenda ſit an attrahenda, pes dexter an ſiniſter flectendus, an uterque ſimul, quod in ruſticis obſervamus. Hic aliis confabulantibus veluti truncus adſtat, ore hiante picturas aliamve rem objectam cum ſtupore contemplatur : alter, nemine advertente clam ſeſe ſubducit, &, ut eſt apud* Horatium, ſtatua taciturnior exit : *alius in menſa tanquam abſens adſidet, profunde cogitabundus quaſi enthuſiaſta quidam (phantaſta certius vetius dixerim) in ſublime cœlum raptus, nihil eorum*

rum quæ aguntur vel dicuntur penſi habens. unde cum ordo eum tangit vel ſors, vel ſi obiter rogetur, fere ὀδὲν πρὸς ῥόμβον, *tantum abeſt ut ad aliorum qua geſtuum qua morum formulam ſeſe componere periclitetur.* Ideo adoleſcentulos *optimus vitæ humanæ Arbiter* exiſtimavit in ſcholis ſtultiſſimos fieri, quia nihil ex iis quæ in uſu habemus vel audiunt vel vident. *Et quidam apud* Athenæum, Philoſophi, *ait,*

Sermone ſolo ſunt ſapientes; cæteris
In rebus eſſe novi ego ſtultiſſimos.

Quod de illis dictum arbitror, quibus anima non eſt pro ſale. quippe reliqui ne ipſo quidem ſermone. Exempla ſuggerit elegans iſte libellus, quo Hierocles *ſive* Pythagoricus *ille fuerit, ſeu alius quiſpiam,* χαρακτῆρα *expreſſit* ἀναισθησίας σχολαστικῆς. *Eum nuper, cum ocium eſſet, & animum oblectandi ſicut in ludum mitterem, ex vet. lib. deſcripſi, tranſtuli, operaque tralaticia in uſum tuum, Lector, caſtigavi, ut in eadem otii circumfluentia eſſet unde tibi faceres voluptate. Vale, & quam rem gerant Scholaſtici ante-veteres & nunc-novi, pariter cogita.* Myrtilleti K A L. M A R T.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΑΣΤΕΙΑ.

I.

Σχολαστικὸς κολυμβᾶν βουλόμενος ἦλθε μικρὸν ἐπίγειον. ὤμοσεν ἂν μὴ ἅψασθαι ὕδατος, ἐὰν μὴ πρῶτον μάθῃ κολυμβᾶν.

II.

Σχολαστικῷ ἵππον πτερωτὸν πρᾴτησέ τις, εἰ πρωτοβόλος ἐστί; τοῦ δὲ φήσαντος, δευτεροβόλον εἶ· ἔφη, πῶς οἶδας; ὁ δὲ εἶπεν, ὅτι ἄξας ἐδίδαξεν ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου.

III.

Σχολαστικὸς φίλῳ σωσαντήσας εἶπε, καθ' ὕπνους σε ἰδὼν περισῴζω. ὁ δέ, σύγγνωθί μοι, ὅτι ἐγρηγόρεσαν.

IV.

Σχολαστικὸς νοσοῦντα ἐπισκεπτόμενος ἠρώτα περὶ τῆς ὑγιείας. ὁ δὲ ἐκ δηλώματος ἀποκριθῆναι. ὀργισθεὶς δὲν ἐξήλεγξεν, ἢ πίζω κἀμὲ νοσῆσαι, καὶ ἐλθόντι σοι μὴ ἀποκριθῆναι.

V.

Σχολαστικὸς ἵππον ἐπέρασεν. ἐλθόντος δέ τινος καὶ μανθάνοντος τὸ βόλον, εἶπε, τί τοὺς ὀδόντας αὐτῷ τηρεῖς; εἰ δὲ ὡς τρώγει καὶ πεινᾷ.

VI.

Σχολαστικὸς ἰατρῷ συναλήπας, συγχώρησόν μοι, εἶπε, καὶ μή μοι μέμψῃ, ὅτι ἐκ ἐνόησα.

VII.

Σχολαστικὸς μωῦ ἐθέλων πᾶσι συνεχῶς

τὰ

HIEROCLIS PHILOSOPHI FACETIÆ.

I.

SCholaſticus natare volens pæne ſuffocatus eſt. Juravit igitur nunquam attacturum aquam, priuſquam natare didiciſſet.

II.

Ex Scholaſtico equum vendente quidam quærebat, an primojaculus eſſet? Quo reſpondente ſecundojaculum eſſe; alter infit, Unde noſti? Quia ait, aliquando & me pariter & patrem meum ejecit.

III.

Scholaſticus amico obviam factus, inquit, In ſomno te viſum allocutus ſum. Cui ille, Da mihi veniam quod non auſcultarim.

IV.

Scholaſticus ad ægrotum interviſens rogabat de valetudine. Ille vero non poterat reſpondere. Iratus ergo Scholaſticus hominem objurgavit; &, Spero me quoque ægrotaturũ, inquit, tibiq; advenienti non reſponſurum.

V.

Scholaſticus equũ vẽditabat. Cũ vero accederet quidã & rogaret dentitionẽ, dixit, Quid dẽtes ejꝰ obſervas? vide ut cõedat ac obãbulet.

VI.

Scholaſticꝰ medico obviãs, Ignoſce mihi inquit, & noli quæſo iraſci, quod nõ ægrotaverĩ.

VII.

Scholaſticus murem capturiens, qui inceſſanter

τὰ βιβλία αὐτῷ τρώσοντα, κρέας δακὼν ἀν-
αντία ὀκάθησε.

VIII.

Σχολαστικὸς θέλων τ' ἵππον αὐτῷ διδά-
ξαι μὴ τρώγειν πολλὰ, ὃ παρέβυκεν αὐτῷ βο-
φάς. ὑποθανόν]Θ ἢ τὸ ἵππον τρὸ λιμῷ, ἔλεγε·
μίγα ἐζημιώθην· ὅτε γὸ ἔμαθε μὴ τρώγειν,
τότε ἀπέθανε.

IX.

Σχολαστικὸς οἰκίαν πωλῶν, λίθον ἀπ' αὐτῆς
εἰς δεῖγμα περιέφερε.

X.

Σχολαστικὸς * θέλων εἰ πρέπει αὐτῷ κοι-
μᾶδζ, καμύσας ἐσκοπείζετο.

XI.

Σχολαστικὸς οἰκίαν πειάμεν]Θ, κὴ τ' δυεί-
δας περκύψας, ἠρώτα τὸς παριόντας εἰ πρέπ
αὐτῷ ἡ οἰκία.

XII.

Σχολαστικὸς καθ' ὄναρ ἰδὼν ἅλον πεπατηκέ-
ναι, κὴ δόξας ἀλγεῖν τ' πόδα, περιεδήσατο. ἕ-
τερ]Θ ἢ μαθὼν τ' αἰτίαν ἔφη, διατί γὸ αὐτ-
πόδη]Θ κοιμᾶσαι;

XIV.

Σχολαστικὸς ἰατρῷ συναντήσας ὑπὸ τοίχ
ὀρύζη. πνὸς ἢ πυθομένε τ' αἰτίαν, ἔφη, καμ-
ὸν ἔχω μὴ ἀδενήσας, κὴ αἰσχύνομαι εἰς ὄψιν
ἐλθεῖν τῷ ἰατρῷ.

Σχο-

ſanter libros ejus arrodebat, carnem mandens è regione ejus conſedit.

VIII.

Scholaſticus volens equum ſuum docere, ne multum comederet, nihil ei præbuit pabuli. Tandem equo fame mortuo, Magno damno, inquit, affectus ſum: cum enim jam didiciſſet non comedere, mortuus eſt.

IX.

Scholaſticus domum venditurus, lapidem ab ea avulſum in ſpecimen circumtulit.

X.

Scholaſticus ſcire ſtudens num ſe decoraret ſomnus, clauſis oculis ſpeculum inſpexit.

XI.

Scholaſticus in domo quam emerat de feneſtra proſpiciens, interrogabat adſtantes, an ſe deceret illa domus.

XII.

Scholaſticus in ſomnis ſibi viſus clavum impegiſſe, & pedem dolere ratus, obligavit. Alius autem cauſa cognita, ait ad eum, Ecquare diſcalceatus dormis?

XIV.

Scholaſticus medico occurrens poſt parietem ſeſe abdidit. Quodam autem cauſam quærente; dixit, Jamdiu eſt ex quo non ægrotavi, ideo erubeſco prodire in conſpectum medici.

XV.

Σχολαστικῷ ἔμπορός εἶπεν, ὅτι ὁ ποταμὸς ἔλασε τὸν ἀγρόν (κ. κἀκεῖνος ἔφη, καὶ τί λέγω;

XVI.

Σχολαστικὸς ἀμυναῖαν ἔχων ἐσφεράμισεν αὐτῷ. τὸ δὲ ἄλυε κάπωθεν πρήσας, καὶ τὸν οἶνον αἴρων, ἐθαύμαζεν ὅτι ἧσυ συμμαήτρων σώων ὄντων ὁ οἶνος ἐλαττότερος εἶπεν, ὅρα μὴ κάπωθεν ἀφιρέθη. ὁ δὲ, ἀμαθέστατε, εἶπεν, ὃ τὸ κάπωθεν λείπει, ἀλλὰ τὸ ἄνωθεν μέρος.

XVII.

Σχολαστικὸς ἰδὼν σφυδία ἐπὶ δένδρου, λάθρα ὑπεισελθὼν ὑφαπλώσατο τὸν κόλπον, καὶ ἔσεισε τὸ δένδρον, ὡς ὑποδεξάμενος τὰ σφυδία.

XVIII.

Σχολαστικὸς ἐν τῷ ἰδίῳ ἀγρῷ ἐξιὼν, ἠρώτα πιεῖν ὕδωρ, εἰ καλὸν, ἐν τῷ αὐτόθι φρέατι. ἧσυ δὲ φησάντων ὅτι καλόν· καὶ γὰρ οἱ γονεῖς αὐτοῦ ἐξ ἀυτοῦ ἔπινον· καὶ πηλίκως, ἔφη, εἶχον βαχίλας, ὅτι εἰς τοσοῦτον βάθος πιεῖν ἠδύναντο.

XIX.

Σχολαστικὸς σχολαστικῷ συναντήσας εἶπεν, ἔμαθον ὅτι ἀπέθανες. κἀκεῖνος, ἀλλ' ὁρᾷς με ἔτι, ἔφη, ζῶντα. καὶ ὁ σχολαστικὸς, καὶ μὴν ὁ πατήρ μοι πολλῷ (κ. ἀξιοπιστότερος ὑπάρχει.

XX.

Σχολαστικὸς μαθὼν ὅτι ὁ κόραξ ὑπὲρ τὰ διακόσια ἔτη ζῇ, ἀγοράσας κόρακα εἰς ἀπόπειραν ἔτρεφε.

Συν-

XV.

Scholaſtico mercator nunciavit, à præterfluente abactum agrum ejus. Reſpondit ille, Et quid dicam ?

XVI.

Scholaſticus vas vinarium quod habebat obſignaverat. quod cum famulus ſubtus perforaret vinumque auferret, mirabatur is ſignaculis ſalvis vinum imminui. Ad quem alter quidam, Vide, inquit, ne ſubtus ſit ablatum. At ille, Stultiſſime, inquit, non inferior deficit, ſed ſuperior pars.

XVII.

Scholaſticus, conſpectis paſſeribus in arbore, clam ſubiens expandit ſinum, arboremque concuſſit, quaſi paſſeres decidentes excepturus.

XVIII.

Scholaſticus in agrum ſuum egreſſus, deſiderabat bibere aquam, ſi pura, ex eo qui erat illic puteo. Affirmantibus autem quibuſdam bonam eſſe, & parentes ipſius ex eodem bibiſſe; Ecquam longis, inquit, collis præditi erant, qui tantam profunditatem bibituri adſequi potuere !

XIX.

Scholaſticus ſcholaſtico obvius ait, Intellexi te mortuum eſſe. Cui ille, Atqui vides, inquit, me etiamnum vivere. Et ſcholaſticus, At vero qui mihi dixit multo te fide dignior eſt.

XX.

Scholaſticus cum audiviſſet corvum ultra ducentos annos vivere, ut periculum faceret, corvum emit & aluit.

XXI.

Σχολαστικὸς εἰς χειμῶνα ναυαγῶν, καὶ τῶν συμπλεόντων ἐκ μέσου τῶν περιπλεκομένων σανίδας πρὸς τὸ σωθῆναι, ἑνὶ μόνῳ τῶν ἀγκυρῶν περιεπλέξατο.

XXII.

Διδύμων ἀδελφῶν εἷς ἐτελεύτησε. σχολαστικὸς ὢν ἀπαντήσας τῷ ζῶντι ἠρώτα, εἰ ἀπέθανες ἢ ὁ ἀδελφός σου;

XXIII.

Σχολαστικὸς ναυαγεῖν μέλλων πινακίδας ᾔτει, ἵνα διαθήκας γράψῃ. τοὺς δὲ οἰκέτας ὁρῶν ἀλυττοῦντας διὰ τὸν κίνδυνον, ἔφη, μὴ λυπεῖσθε· ἐλευθέρους γὰρ ὑμᾶς.

XXIV.

Σχολαστικὸς ποταμὸν βυλόμενος περᾶσαι, ἀνῆλθεν ἐς τὸ πλοῖον ἔφιππος. πυθομένου δέ τινος τὴν αἰτίαν, ἔφη, σπεύδειν.

XXV.

Σχολαστικὸς ἀπορῶν διαπαντὸς, τὰ βιβλία ἀπὸ ὑπερόπτου, καὶ γράφων πρὸς τὸν πατέρα ἔλεγε· σύγχαιρε ἡμῖν, πάτερ· ἤδη γὰρ ἡμᾶς τὰ βιβλία τρέφει.

XXVI.

Σχολαστικῷ παιδίον ἀπέθανεν. ἰδὼν δὲ πλῆθος λαοῦ συνελθεῖν, ἔλεγε· αἰσχύνομαι εἰς τοσοῦτον ὄχλον μικρὸν παιδίον προφέρειν.

XXVII.

Σχολαστικῷ υἱὸς ὑπὸ τῷ πατρὶ εἰς πόλεμον ἀπεμπόμενος ὑπέσχετο ἑνὸς τῶν ἐχθρῶν κεφαλὴν ἀξιαγεῖν. ὁ δὲ ἔφη, ἔνχομαι καὶ χωρὶς

XXI.

Scholaſticus tempeſtate oborta navigans, cum cæteri vectores obvia quiſque arma, quibus enatarent, arriperent, ille unam ex anchoris amplexus eſt.

XXII.

Gemellorum fratrum unus diem obierat. Scholaſticus igitur obviam factus ſuperſtiti, interrogabat, ipſene mortuus eſſet an frater ejus.

XXIII.

Scholaſticus transfretaturus codicillos poſcebat, quibus teſtamentum conderet. Videns autem ſervos periculo ſuo angi, ſic eos affatus eſt, Nolite triſtari; nam vos manumittam.

XXIV.

Scholaſticus flumen volens trajicere, conſcendit navem eques. Petente quodam cauſam, dixit ſe feſtinare.

XXV.

Scholaſticus egens ſumptibus libros ſuos vendidit, & datis literis ad patrem ſcripſit, Lætare nobiſcum, Pater; jam enim libri nos alunt.

XXVI.

Scholaſtici puerulus obierat. Conſpicatus autem magnam frequentiam populi ad funus convenire, ait; Erubeſco in tantam turbam parvum puellum efferre.

XXVII.

Scholaſtici filius à patre in militiam miſsus, recepit ſe unius hoſtium caput adlaturum. At hic, Velim vel te, inquit, abſque

χωεὶς κεφαλῆς σε ἐλθόντα, μόνον ὑγιῆ ὄντα ἐδεῖν, καὶ εὐφραινθῆναι.

XXVIII.

Σχολαστικῷ φίλος ἔγραψεν εἰς Ἑλλάδα ὄντι, βιβλία αὐτῷ ἀγοράσαι. τοῦ δὲ ἀμελήσαντος, ὡς μὴ χρόνον τῷ φίλῳ συνοψίδη, εἶπε· τοῦτο διὰ σχολῆς, ἵνα περὶ βιβλίων ἀπιστολάς μοι, ἃς ἐκομισάμην.

XXIX.

Σχολαστικὸς καὶ φαλακρὸς καὶ κουρεὺς συνοδεύοντες συνέθεντο περὶ τέτταρας ὥρας βιωλεῦσαι. ἔλαχεν δὲ πρῶτον τῷ κυρεῖ. ὁ δὲ μετεωριζόμενος τὸν σχολαστικὸν κοιμώμενον ἔξυρισε, καὶ ἅμα ὥρων πληρωθεισῶν ἀνύπνισεν. ὁ δὲ καταδόμενος ἀφ' ὑπνου τὴν κεφαλὴν, καὶ εὑρὼν αὐτὴν "ἔρη· μέγα κέρδος ὁ κυρεύς· πλανηθεὶς γὰρ, αὐτὶ ἐμοῦ τὸν φαλακρὸν ἀνύπνισε.

ΤΕΛΟΣ.

capite redire, modo ſalvum videre & lætari poſſim.

XXVIII.

Ad Scholaſticum in Græcia verſantem amicus literas dedit, quibus ab eo petiit ut quoſdam ſibi libros compararet. At hic, neglecto negotio, ut poſt tempus in amicum incidit, ait; Epiſtolam, quam de libris ad me miſiſti, non accepi.

XXIX.

Scholaſticus calvuſque & tonſor una ambulantes, in quatuor uſque horas pacti ſunt vigilare. Tetigit autem ſors primo tonſorem. Hic ſublevans dormientem ſcholaſticum raſit, horiſque elapſis expergefecit. Qui ſcalpens à ſomno caput, ubi id arraſum eſſe ſenſit, exclamavit, Magnum ſcelus iſte tonſor: errans enim, pro me calvum excitavit.

FINIS.

NOTÆ IN HIEROCLIS FACETIAS.

SCholaſtici *dicuntur literarum ſtudioſi, qui &* Studentes. *nam in* Iſidori *gloſſis legitur,* Pappas, pædagogus qui ſequitur Studentes. *Vulgatiori tamen appellatione* Scholares. *unde in veteri Onomaſtico,* Scholaris, σχολαστικός. *& apud* Quintilianum *Inſtit. orat. lib. 2. de officio diſcipulorum,* In ipſos cœtus ſcholarium læti & alacres convenient. *Quam lectionem præferunt lib. vet. nec cauſa fuit cur* Raph. Rhegius *ſollicitaret, primus, nec indiligens ejꝰ ſcriptoris caſtigator atq; interpres. multo minor* Henr. Bebelio, *ut apud* Martianum Capellam τὸ Scholarium *mutaret in* Scholaſticorum, *verbi, uti refert, barbarie offenſus, quam vero nec priſci illi Theologi nec Jureconſulti refugere. Illud recte atque ordine cenſuit, libellum* De diſciplina ſcholarium, *qui* Boethii *nomine circumfertur, non eſſe* Romani *illius Conſulis, nec adeo* Latini *cujuſquam ſcriptoris, ſed barbari ac inidonei. Hoc, inquam, vere cenſor ille non ex peſſimis, & princeps literarum apud* Germanos *inſtaurator. At vero antiquitus* Scholaſtici *dicti ipſi Philoſophi, ſeu dicendi ac docendi magiſtri. quod nomen jam* Theophraſti *ævo uſurpari cœptum eſt, & ad patrum uſque memoriam inolevit. Dicebantur etiam* Sophiſtæ. *Sed ut horum pravo inſtituto & corruptis moribus impetratum fuit, ut omnes nomine illo inſigni-*

rentur,

rentur, qui prudentes veritatem fallerent, non aliter atq; Tyranni, Scurræ, *& ſimiles hominum degeneres; ita ſcholaſticorum incivili ſtudio & moroſa vita effectum, ut tanquam inepti ac bardi digitis demonſtrentur à populo. Hinc id genus hominum inquiebat* Epictetus *eſſe* ζῶον ἐπιπόνως πλάττες θαυμαλῶον, *ut ſcribit* Arrianus *in Comment. Et* Plinius *in epiſt.* Scholaſtico homine nihil *ait* eſse ſimplicius. *A quorum moribus unamquamque vel minimam rem conciſe cum ſtupore cogitantium etiam* Phantaſtas (Fantaſt) *Græco vocabulo appellamus, qui inepte quid aut dicunt aut faciunt. Et quia in hacce ſtupiditate ſe ſolos ſapere ſua perſuaſione credunt, inde, mea ſententia, ſanctiſſimum* Sapientis *nomen, quod ſolis divinarum atq; humanarum rerum peritis tributum, ad ſtultos per ludum ac jocum traductum eſt. Quod ipſum non obſcure innuit* Felix Fabri, *qui in ſua* Suevorum *hiſt. lib.* 1. *cap.* 8. *ita ſcriptum reliquit*; Lingua *Theutonica* Frantzig idem eſt quod comptus moribus. unde ironiæ vulgares aliquem nominant Frantz, Francum (Frat) qui eſt incompoſitus & immorigeratus, ſicut etiam ſtultos nominant ſapientes. *Quin* philoſophari *eos, qui in convivio ac menſa parum decenter ſeſe gerunt,* Alanus *dicit in lib. de planctu naturæ; cujus verba adducit commentator* Boethianæ *Philoſophiæ* Thomas Aquinas, *ſi titulus non mentitur autorem. Verum ne longius loquar, Scholaſtici ſunt qui in pulvere litterario degunt vitam, nec ad forum unquam accedunt, nec ullos ambiunt honores, ſed in umbris ſcholarum, veluti vulpes in cavernis latitant.*

latitant. unde à vulgo ſcholaſticæ vulpes (**Schulfuchs**) *jure ac merito ſuo audiunt, & à nonnullis* Calamyſii (**Kalmeuſer**) *id eſt* (*nam Græce melius exprimitur*) μύες καλαμοτρώγοι, *quod inſtar murium in antris ſuarum ſcholarum calamos arrodant*; Petronio *peraccommodanter* doctores umbratici, inter quos, *ait in eodem negotio Satyricus*, qui nutriuntur non magis ſapere poſſunt, quam bene olere qui in culina habitant. *Atq; hoc, aut vehementer animi fallor, aut* Hierocles *noſter voluit facetiarum ſuarum ὄπτιμύθιον eſſe.*

In II.

Πρωτοβόλος] *Ut conſtaret facetiæ ſuæ elegantia, fingendæ erant novæ voces. itaque maluimus vertere* primojaculus *&* ſecundojaculus, *quam quovis alio modo, quo* Græcæ *linguæ ignari non caperent dicti gratiam.* Βόλος *eſt dentitio ſeu dentium emiſſio. infra in* ς. ἢ μανθάνον]ος τὸν βόλον. Ariſtoteles *lib.* ς. *hiſt. animal.* ἀκμάζει ὁ ἢ ἵππος ἢ ἡμίονος μετὰ τὺς βόλυς.

Ἐβόλδσεν] *nihili hoc verbum eſt. Lego,* ἐξόλδσεν. βολεύειν *eſt* βάλλειν, *ejicere, excutere. non enim vult portatos ſe ab equo, ſed excuſſos. Quo in verbo latet* τὸ ἐξεῖον.

In VIII.

Παρέβυκεν] *an* παρέβυσεν? *&* βραβύειν *interpretor* παρέχειν, *vel* παραδιδόναι.

In X.

Σχολαστικὸς * θέλων] *excidit verbum* εἰδέναι, *vel* γινώσκειν, *aut tale quid.*

In XII.

Κοιμῆται] *manifeſtarium mendum. manuſcr.*

in

in margine habebat adſcriptum κεκοιμήσεις, *ſed manu recenti, & quidem, niſi fallor,* Sylburgii, *an leg.* κοιμάσεις? *an vero* κεκοίμησαι? *illud magis eſt.*

In XVI.

Ἀμιναῖαν] *nuſpiam à me lectum in abſtracto, nedum in hoc ſignificatu. Nomen invenit à loco, ut & vinum ipſum apud* Heſychium. *hinc apud* Dioſcoridem *lib.* 1. *cap.* 78. *legend.* σμύρνης Ἀμιναίας, *ut* Ἀμιναῖα σατυλὴ *lib.* 5. *cap.* 6. vites Aminææ *apud* Catonem *de re ruſt. &* Plinium *lib.* 14. *cap.* 2. *&* 3. *Apud eundem lib.* 12. cap. 16. *ubi loquitur de generibus myrrhæ,* Troglodytica ſylveſtrium prima, Erythræa ſequens, & Minæa, in qua Stactea & Atramitica eſt; *legendum omnino,* & Aminæa, in qua Stactea & Aramitica eſt. *Et paulo poſt in eodem cap.* Erythrææ ad XVI. hanc volunt Arabicam intelligi: *legend.* Aramicam. *Nam in eadem ſpecie à* Plinio *ponitur myrrha Erythræa, Aminæa, Stactea, Aramica, Gebanitica, & Auſiritis. Eſt autem* Aramia *eadem quæ* Arabia *Felix,* peninſula inter duo maria, Rubrum Perſicumque procurrens, *at ipſe* Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

In XVIII.

Εἰς τοσοῦτον. βάθος πίνειν] *Nihil mutandum. Sic infra in* 21. εἰς χιμῶνα ναυαγῶν. *& in* 27. εἰς Ἑλλάδα ὄντι. *Phraſis eſt* Græcis *ſolentiſſima.*

In

In XXI.

Περιπλεκομένων Σκεύης] *Scripſit ſine dubio* Σκεῦος, *quod rectum eſt. itaque emendanda pariter ac integranda eſt illa, quæ* Prochori *nomine circumfertur, hiſtoria de S.* Joanne *Evangeliſta, in qua hactenus vulgatur;* πλοίων ὃ ἡμῶν ἐν τῷ κινδύνῳ, &c. ἔκλος· ἡμῶν ὅσον ἐπέλασε σκεύει* τούτῳ ἢ σωσιπεπλέομεν. *corrige;* σκεῦος, τούτῳ, &c. *expuncto aſteriſco. nihil deeſſe ſenſus oſtendit integer atque commodus: & mox ſequitur;* ὅτως ἡμᾶς δι' ὃ ἀπεφήσεν Σκεύης τῶ πλοίω, &c. *Sunt autem* Σκεύη, *quæ* Petronio arma, *aliis quibuſdam* armamenta.

In XXIII.

Ἐλεύθερῶ γὼ ὑμᾶς] ἐλληνικὴ ἀσεβορρημοσύνη. *Dubitabat* Anacharſis *in mortuiſne an in vivis numerandi eſſent* οἱ πλέοντες, *quoniam, ut dicebat idem, tantum illi abſint à morte,* ὅσον ἐστὶ τὸ παχὺ τοῦ νεώς, *narrante* Laertio. *Quum ergo Scholaſticus iſte animadverteret ſervos ſuos ejulare propter illud diſcrimen, ſic eos allocutus eſt; Ne contriſtemini: ſi quid enim periculi me dederit peſſum, igitur ego vos ſolvam manu. Ridiculum itaque in eo eſt, quod ſe à morte dixerit ſervos liberaturum. Poteſt vero et ſimplex retineri ſenſus. nam ſervi etiam mortis cauſa manumittebantur teſtamento, de quibus ſunt tituli Pandect. et Cod.* De manumiſſis teſtamento, De ſtatu liberis, De fidei commiſſariis libertatibus, *nominabanturque* Servi Orcini, *h. e.* Acheruntici, *ſeu, ut* Theophilo *placet,* Χαρωνιακοί.

In XXIX.

Βιγιλεῦσαι] *in manuſcr. erat* βιηλεῦσαι. *Sed* βιγιλεῦσαι Latinorum *eſt* vigilare. *non enim* Latini *à* Græcis, *ſed* Græci *poſteriores à* Latinis *multa et verba et genera dicendi mutuati ſunt.*

Αὐτὼ * ἔφη] *videtur nomen* ψιλὼ, *aut hujuſmodi quid adjiciendum.*

Μέγα κάθαρμα] κάθαρμα, *Scelus, homo nequam et abjectis vilior algis. Gloſſ. Græcolat.* κάθαρμα, ἐπὶ ὕβρεως, purgamentum. Jul. Pollux *l.5.c.46.* Τ ἐν τοῖς τελόδοις καθαρμάτων ἐνελλιπέστερον. *Lucianus;* καὶ ἔξουσιάζει ἀνδραπόδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν. Philo Judæus; καθάρματα καὶ παρανοχλήματα καὶ γῆς ἄχθη καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀποκαλῶσι. *Originationem tradit Ammonius* περὶ διαφόρων λέξεων *ſcribens;* καθάρματα, τὰ μετὰ τὸ καθαρθῆναι ἀπορριπτόμενα.

Index rerum insigniorum, quæ in Hieroclis commentariolo continentur.

A

ABstinentia multarum rerum ex Pythagora 299
Abstinentiæ progressus ordine faciendi 303
Abstinentiæ forma generalis 300 & 303
Actionum principium, ratio 160
Actionum libertatem affert scientiæ possessio 175
Actionum diurnarum examinandarum ratio ante somnum 203
Ætates mundi à metallorum proprietate differentiam sumpserunt 7
Æterna corruptionem admittere nequeunt 139
Æther quid sit ex Pythagoreorum sententia 312
Agamemnonis vehementer irati pœna, & labor ingens 168, 169
Agenda non sunt nobis, quæ nescimus 172, 175
Agendum nihil, nisi consulto 208
in Agendo auxilium divinum implorandum 235
ab Alienis temperandum 91
Amicitia, ultimus virtutum limes 68
Amicitiæ lex bonum commune connectit 60
Amicitiæ habitus, perfectissimus virtutum fructus 68
Amicitiæ studium communiter in omnes, sed præcipue erga bonos colendum 71
Amicitiæ ordo ut servandus 68
Amicitiæ commoda 71
Amicus quis & qualis comparandus 56, 59
Amici qua ratione tuendi, deserendi, & revocandi 64 & seq.
Amici qualiter ferendi 63
Amicus aliquando à nobis rejiciendus 63
Angeli inhærent cœlestibus 40. & qui dicantur. 43
Angoris nomine quænam intelligi debeant 104

Animalia quædam in alimentum data cæteris 128
Anima pura gratiorem locum Deus non habet in terra 24
Animus rationis particeps, dei eſt imago 236
Animus ipſe ſumus 151, 152
Animum triplicis eſſe facultatis 220
Animus humanus aurigæ comparatus 291
Animus hominis medius inter mentem, & rationis privationem 216
Animos hominum ſingulos deus produxit 132 & ex quo ibid.
Animus corruptioni nequaquam obnoxius 101, 103
Animus immortalis in mortale corpus neceſſario venit 131
Animus inter æterna Dei opera reperitur 139. divinique ſimilitudinis particeps ibid.
Animus utitur corpore, tanquam inſtrumento 152
Animum ſcientia & virtute ornari decet 307
Animus, cum bene fundamenta jecit, Deo conjungitur 24
Animus qui ſecundum Deum ſe habet, à Dei ſententia non diſcrepat 172
Animi, tanquam principis, habenda eſt cura 155
Animus adverſus voluptates, atque dolores bene munitus eſt habendus 151
Animus inſanorum cylindro ſimilis 271
Arbitrium liberum 163, 108, 232, 259
Arbitrii humani vires 88
Arbitrii libertas non admittet niſi velit, quæ vere bona ſunt 276
Aſtris quod eſt ſuperius, ſubſtantia eſt corporis expers: quod autem inferius, corpore præditum 278
Athletæ certaminum philoſophicorum 311
Athletica ratio victus adſpernanda 184
Avarus jusjurandum non ſervat 32
Auditus ad ſcientiam compa-

parandam aptus 259, 260
Aurum cur metallorum puriſſimum 7,8.

B

BOnitas Dei eſſentialis 20
Bonus odit neminem 68
Bonorum tolleretur præmium, ſi non eſset providentia 127,& 128
Bona auxilio divino aſsequenda 171,272
Bonorum omnium author, Deus 108
Bonorum principium, medium, & finis in conſilio ſita 163
Bona multa ſunt,quæ temporum commutatione mala fiunt 179

C

CAlamitas, vitiorum fructus 123
Calamitates fortuito non diſtribuuntur hominibus 123
Calamitates divinitus miſſæ moderate ferendæ 175
Campus elyſius 303
Carmina Pythagorica cur aurea 4, & 7
Carnium abſtinentia 303
Caſus adverſi moderate ferendi 135, 136
Cibi ſumendi modus 190
Cibi caute ſpernendi 278
Conjunctionis nomine quid contineatur 239
Conſanguineorum habenda ratio 48
Conſcientia judex æquiſſimus, & commodiſſimus 212
Conſcientiæ teſtimonium quam habeat vim 80
Conſcientiæ tribunal 208
Conſilium præcedat opus 159
Conſilium ſi præcedat opus, nihil ſtultum dicetur, nec fiet 163
Conſilii prudentia virtutes parit,perficit,& continet 160
Conſilii ſoliditatem arguit probitas 163
Conſilii recti varia commoda 172
Conſilia humana incerta 31
Conſilii temeritatem quænam ſequuntur 268
Conſilii pravitas eſt lues rei ſempiternæ 163

Con-

Consilium pravum ut corrigendum 167
Contingentibus Deus imperat 111
Corpus instrumentum animi 152
Corpus instrumenti loco datum est nobis ad vitam in terris agendam 180
Corpus non quibuslibet rebus educandum 188
Corpus nostrum in nostra non est potestate 87,88
Corpus nostrum ad virtutis actiones idoneum reddendum 208,211
Corporis bonus habitus præclaris actionibus inservire debet 184
Corporis valetudo nequaquam contemnenda 190
Corporis valetudo quatenus curanda 152,155
Corporis commoda non spernenda 180,183
Corporis curandi attentissime expendenda ratio 184
Corporis natura in assidua generatione & corruptione versatur 183
Corporeis viribus superiorem se præbere 208
Correctio scelerum ut fieri debet 167
Cylindri descriptio brevius 271

D

DÆmones terreni qui 44,& 47
Dæmones terreni ultimas partes occupant in mundo 243
Dæmones qui sint, & cur sic vocentur 19,40 & 43
Dæmones ex quo facti ex Platonicorum sententia 132
Dæmonum appellatione hominum animos virtute & veritate præditos intelligi 40
Damnis aliorum sua non esse sarcienda commoda 91
Damna spontanea 259,260
Deitatis imago quæ & qualis 16
Deliciis vitam oportet carere 192, 196
Denarius, intervallum numeri finitum 224,225
Deus, numerorum numerus 224
Deus, regula bonorũ 172

Deus, omnium princeps optimus, ſupra cætera maxime honorandus 39
Deus legiſlator ſimul atq; judex, bonis favet, & perdit malos 119, 120
Deus deorum unicus rerum omnium opifex 11, 12
Deus omnium conditor quidem, ſed bonorum etiam parens 280,283
Deus quæ prima ſunt, quæ ſecunda & quæ tertia produxit natura inter ſe differentia 16
Deus mente perceptibilis 231
Deus à vitiorum conſcientia abeſt longe 80
Deorum immortalium & mortalium diſcrimen 15
Dii in mundo primas occupant 243
Deus natura liberalis 235
Deus natura bonus, in eum igitur invidia cadere nequit 20
Deo quid maxime congruit 12
Deum honorare, eſt eidem fieri animo ſimilis 23,24
Deus noſtri ſolicitus 131
Deum eſse qui non crediderit, vel ſi ſit, minime eum providere, neque juſtum eſse, nullum non iniquitatis genus complectitur 127
Deum qui ſuiipſius cognitione metitur, maxime deum ſequitur 251
Deo qui caret, inſanit, & in dementiam incidit 260
Deum qui non agnoſcit, in tenebris temere pervagatur 172
Deus in aggrediendis actionibus primum invocandus 232
Deo ſimiles quænam nos efficere queant 175,223
Dii immortales, qui & quales ſic vocati 12
Dicere & facere quæ mente carent, infelicis eſt proprium 163,168
Diſcenda quæ fas eſt 172, 175
Divi pro lege colendi 11
Divinitatis privatio, eſt mors naturæ participis rationis 15
Divitiis liberaliter utendum

dum 139
Divitias quandoque dari, quandoque perire 83
Divitias qui cupide venantur, multa neceſsario contra jus faciunt 91
Divitiæ in noſtra minime ſunt poteſtate 87,88
Divitiarum amiſſio prænoſcenda 208
Divitiarum amiſſione non dolendum 91
Dolores & voluptates in medio poſita 176
Domus quæ & qualis habenda 196,199

E

Lectio penes nos 232
Empedoclis Pythagorei verſus perelegantes de humana conditione 252,255
Eſsentiarum genera diſtincta 239
Eſsentiarum quæ ratione utuntur natura et ordo 23
Exercitatio minime negligenda 183
Exercitationes corporis adhibendæ, quæ ad virtutũ opera cõferunt 184
Exercitationis præceptum 187

F

Fabarum abſtinentia 303
Facienda non ſunt, quæ neſcimus 172, 175
Facienda ſunt ea, quæ nobis moleſtiam non pariant 164
Factis honeſtis cedendum 60
Facere ſtulta miſeri eſt hominis 168
Falſum expugnat intrepide animus veritatis ſtudioſus 147
Figura prima ſolida in quaternario reperitur 228
Fortitudo in quo verſetur 83 & 84
Fortitudo inexpugnabilis cuſtos adhibenda eſt animo, ut nos imperterritos præſtet 151
Fraudibus non patendum 208
Fraudis vitandæ præcepta 147, 148

G

Generibus ſingulis ineſt ſpecierum multitudo ordinata 23
Generũ conſideratio 240

H

HAbitudinum habenda ratio 48
Heroes qui & quales 19
Heroes cur medium quoddam genus vocentur 36, 43
Heroes ex quo facti 132
Heroes cur illuſtres vocati 39,40,243
Heros, animus rationis particeps, corpori lucido conjunctus 291
Homo vita duplici prædituſ 244
Hominum divina ſtirpis origo 278
Homines intervallo longiſſimo à brutorum natura diſtant 131
Homo virtutis & vitii vicaria poſſeſſione, Deus aut fera fieri dicitur, & quo modo 251
Homine ſuperiora morti non ſunt obnoxia 131
Homines primi expertes malitiæ 18
Honeſtorum electio penes nos 232
ab Honeſto ceſſare, & facere turpe differunt 212
Honeſtum nihil eſſe quod ex divina regula non regatur 235
Hoſtiæ ſtultorum hominum Deo oblatæ, ſunt ignis pabulum 24
Humanitas erga cunctos colenda 68

I

IMago deitatis ordo & ornatus 16
Immundities à tota vitæ ratione removenda 192
Impietas omnium malorum extremum, atque ſummum 55
Improbi vecordes & belluini 176
Imprudentia quibus potiſſimum ineſſe ſolet 83
Inferorum pœna, & judices 164
Infortunia divina quæ dicantur 108, 111
Infortunia divina æquo animo ferenda 120,123 139
Injuria inferenda nemini 91
Injuriam qui facit, non cupit eſſe Deum 116
Inſanorum vita cylindro ſimilis 268,271
Inſcitia in errorem inducit

cit 179
Interitus ſuſpicio præfocat virtutis ſtudium 99
Invidia ſummis rebus adnaſcitur 199. & qua ratione videtur 161
Invidiam quæ ſuſtinent, non facienda 192,200
Invidiam ſuſtinere, quid ſit ibid.
Invidiam pro virili fugit tranquillitatis amator ibid.
Invidia in deum cadere nequit,& cur 20
Ira frænanda 72
Ira ad blaſphemiam provocat 75
Judicium ſæpe fallit ordinis perturbatio 212
Judicii mutationem parit rei mutatio, quæ judicatur 120
Judicium omnium rerum quæ ſunt, quot modis ſit 228
Judicandi facultates quatuor ibid.
Jurejurando modus eſt adhibendus 35
Jurare qui conſuevit, in perjurium facile prolabitur 35
corum quæ Jurantur, obſervatio libera 31,32
Jus colendum non ore tenus,ſed rebus & ipſis 83
Jupiter, univerſitatis hujus conditor & parens, ex Pythagoreorum ſententia 278
Iovis nomen, ſymbolum quoddam opificis naturæ exprimit 275
Iusjurandum colendum, frequenti ejus abuſu devitato 36
Iusjurandum voluntaria neceſſitate colendum 32
Iurisjurãdi arcana neceſſitas 32. contemptus virtutibus purgationibus ſanatur 161
Iusjurandum naturis ratione præditis innatum 31
Iurisjurandi depoſita religione, mortalia ac divina commutantur 32
Iusjurandum inſtabilitate morum conculcatur ib.
Iusjurandum à quibus nõ ſervari ſolet ib.
Iusjurandum ſervatur ab iis, qui ad Deum revertuntur : & violatur ab

iis qui ab eo recedunt 28,& 31
Iusjurandum divinarum legum obſervatio 28
Iusjurandum Pythagoræ 224
Iuſtitia virtutum finis 84
Iuſtitia in ſeſe omnes continet virtutes 83
Iuſtitia ubiq; colenda 208
Iuſtitia nihil à ratione alienum patitur 84
Iuſtitiam ſolum animal ratione præditum percipit 131
Iuſtitiæ ratio apud quos potiſſimum eſt habenda 68
Iuſtitiæ menſura ſervanda 88
Iuſtum re vera id eſt, quod prudentiæ continetur finibus 95

L

LAborum omnium finis præſtantiſſimus, quis & qualis 311
Lætari ſpiritibus Deo cõvenientibus 208
Lex eſt mens opifex ipſaque divina voluntas 19
Leges à mente in animis hominũ ſanciuntur 211
Legis nomine quænam comprehenduntur ſecundum Pythagoram 23
Lex divina ſemper eodem modo ſe habet 27,28
Legis unus ſcopus Deo congruus, ipſa nimirum vitiorum amputatio 120
Legibus parere quid ſit 11
Lex ordinis univerſitatis 27
Liberalitatis ſubjectum 200
Liberalitatis regula 200
Liberum arbitrium, vide Arbitrium
Linea reſpondet binario 228
Lingua non præcurrat mentem 35
Luxus à tota vitæ ratione movendus 192
Luxus etiam ex ſententia vulgi, vituperatione dignus 200

M

MAlorum cauſæ 108
Malum eſt liberæ voluntatis motus præter naturam 264
Malorum diſtinctio 108
Mala homines amplectuntur ſponte 259

Mala

Mala ſpontanea quinam pati dicantur 284
Mala ſpontanea multi patiuntur, qui vicina bona non vident 280
Malorum liberationem quis noſſe dicatur 280, 283
Malorum liberatio, ad Deum reverſio 263
Mala auxilio divino vitanda 271, 272
Malorum remedia paucis cognita 267
Malum malo curare 164, 17
Malus non vult eſſe ſibi animum immortalem 164
Mali ſunt permulti, & perturbationibus inferiores 260
Malos Deus eſſe non ſinit inultos 185
Mali odio habendi propter naturam ſolum 68
Malitiam qui ſponte ſibi adſciverunt, miſeri & infelices 268
Mathematicæ diſciplinæ purgant animum 304
Medea inſano amore correpta in miſerrimos incidit angores 168
Medela minime ſpernenda 104
Medicorum conſuetudo 167
Medicina contra caſus adverſos 135, 136
Mediocritatis præceptum 200
Meliora cum ignorantur, deterioribus inſervire eſt neceſſe 15
Memoriæ præceptum 212
Mens regula bonorum 172
Mens legiſlatrix, ejuſque munus 208
Mentientes audiendi cum venia 147
Meritorum merces 139
Modus optimus quavis in re 195
Modi nomine quæ ſignificentur 191
Modus qui non læſerit unquam ſtatuendus 180 183
Modus vere dicitur, qui dolorem non parit 192
Modus cibo, potioni, & exercitationi adhibendus 180, 183
Modus quo pacto ſervandus 195, 196

Modus regendi corporis, qui moleſtiam non adferat 190
Moleſtia afficiuntur, qui temeritatis culpæ ſunt affines 163
Moleſtiarum liberatio à providentia 136
Mors naturæ participis rationis eſt divinitatis privatio 15
Mortem qui omnino fugiunt, multa neceſſario contra jus faciunt 91
Morti obnoxia non immediate à Deo condita 132
Mortale natura nullis auxiliis decreto mortis liberari poteſt 159
Morticinis abſtinendum 299
Munditia à deliciis removenda 195,196
Munditia nimia abit in luxum, atq; mollitiē 195
Mundus à Deo arte ſumma factus 12
Mundus hic adſpectabilis proportione concinna ubiq; conſtat, divinamq; (quoad fieri poteſt) ſimilitudinē refert 244
Mundum regit providentia 100

N

NAtura patentem hunc mundū complet. 243
Natura ratiōe prædita 278
Neceſſitudinum diligēter habenda ratio 48
Neſcienda non curāda 180
Nomina rebus impoſita fortuito magis & ex inſtituto, quam ex naturæ proprietate 275,278
Nominum interpretatio vera in rebus æternis quærenda 275
Noſſe oportet, quatenus fas eſt 243
Numerus numerorum, Deus 224
Numerorū quorundā expoſitio myſtica 228

O

OBlationes hominum ſtultorum, ignis ſunt pabulum 24
Oculi multorum morbo caligant 284
qui Odit nullum, Deum imitatur 71
Officiorum ratio non violanda 92
Opiniones temerariæ cito purgandæ 208
Opus nullum efficiendum, quod

quod rectæ rationi non consentiat 151
Opera bona divinis allocutionib⁹ cõfirmãda 236
Operum stultorum fuga, pœnitentia 167
Operum diurnorum examinandorum ratio ante somnum 207
Oracula animi vehiculum 292
Ordo naturarum rationis participum 243
Ordo legi divinæ consentiens diis immortalibus attributus 19
Ordinem non fortuito cũcta sunt sortita 23
Ordinem servare quid conferat 212
Ordinis laus & præstantia 16
Ornamenta æterna 243
Ornatus omnis rationis capax 16
Ortũ quæ habuerunt, perpetuo manere nequeunt 139

P

PArsimonia intempestiva vitanda 200
Parentes honorandi 48
Parentum verus honor quis 55, 56
Parentum permagna habenda est ratio 208
Parentes alere decet 212
Parva ordine magna præcedunt 7
Paupertatẽ exornat victus ratio temperans 108
Peccandi licentia tollenda 179
in minime Peccando bene agere situm non est 179
Peccata voluntaria 108
Peccati purgatio 167
Perfectum quot & quibus absolvatur rebus 240
Pecuniarum cupiditas ad perjuriũ provocat 75
Pecuniarum cupidus jusjurandũ non servat 32
Pecuniarum profusio atq; tenacitas vituperãda 200
Pejerare, maximũ nefas 35
Perjurii parens malitia 32
Peritia tempus quærit opportunum 179
Perturbatiõesmoderãdæ 96
Perturbationũpurgatio 167
Philosophiæ ex effectis definitio 3
Philosophia rerum omnium naturas, & actiones docet 127
Philosophiæ fructus perfectissimus,

ctiſſimus, quis & qualis 311
Pietas virtutum omnium dux 11
Pietas virtutum eſt principium 68
Pietatis ratio ſemen bonorum omnium ib.
Pietas in Deum virtutum mater: & ejuſdem contemptus, omnium vitiorum dux 127
Pius proprie is dicitur, qui ſcientia divina eſt præditus 27
Platonis Timæus Pythagoricam diſciplinam accurate profeſſus 4
Pœnæ inferorum 164
Pœnitentia principium ſapientiæ 167
Pœnitentia electionis arguit futilitatem 163
Pœnitentia ut non ſequatur, agendum nihil niſi conſulto 208
Poteſtas fato vicina 60
Potionis modus 190
Potioni facilius indulget imprudens, quam cibo 187
Preces deo fundendæ in negotiis aggrediendis 236
Probi viri, tanquam beati ac divi, colendi 48, 51
Providentiam omnia ſentiunt 131, 132
Providentiam in ſingulis hominibus elucere 132
Providentia regitur mundus 100
Providentia eleganter probatur 127
Prudentia virtutum initium 84
Prudentia divinorum bonorum primum & maximum 84. & ejus munus 87
Prudentia de omnibus præcipit virtutibus 95
Prudentia nihil agit ſine ratione ibid.
Prudentiæ habitus omnia diſcutit 84
Prudentia generis humilitatem erigit 108
ſine Prudentia ſubſiſtere nequit juſtitia 95
Prudentia ei ineſt qui utitur ratione 83
Pudor ſummus tibi ipſe ſis 79
Pudor ſui rerum turpium fugam parit 80
Punctus unitati reſpondet

det 228
Purgatio ſacra 291
Purgatio alia alîus 295
Purgatio animi ſcientiæ effectrix ibid.
Purum impurum attingere, nefas 4
Pyramis in quaternario conſpicitur. 228
Pythagoræ ſymbola 299, 303

Q

Quaternarius rerum principium 128, 231
Quaternarius fons perennis naturæ, explicatio hujuſce ſententiæ 216, 219
Quaternarius condidit mundum 276
Quaternarius eſt Dei familiaritate præditus 231
Quaternario eſt propria ſoliditas 228
Quaternarius exponitur myſtice 227, 228

R

Ratio actionum principium 160
Rationis eſt particeps noſtra natura atque deliberationis capax 163
ſine Ratione nihil gerendum 100
Rationi parere idem eſt atque Deo 171
Rubigo terrena 8

S

Sacerdos ſolus ſapiens, ſolus Deo gratus, ſoluſq; precandi gnarus 24
Seculum aureum cur ſic vocatum 7
Sapientes homines dii vocati 47
Sapientes ſoli honorandi 59
Sapientiæ principium, pœnitentia 167
qui per ſe non Sapit, eſt inutilis 260
Scelerum ultio apud inferos 164
Scientiæ poſſeſſio actionum adfert libertatem 175
Scientiæ reparandæ via duplex 259, 260
Seipſum noſſe quilibet jubetur 96
Septenarius virgo, & matre carens 227
Sermo hominum bonuſq;, pravuſque 140
Sermonis ſtudium colendum 208

Sermonum

Sermonum ſtudium rectiſſimo judicio colendum 143
Sermones ii tantum cenſendi, qui veri ſunt ib.
Sermonibus malis non cõmoveri oportet ibid.
Sermonum ſtultorum fuga, pœnitentia 167
Simile ad ſimile tendit 24
Socrates nulli ſuorum adſentiri poterat, niſi rectæ rationi 171
Σωμασία animi luci contraria 184
Somnus temperandus 72
ejus incommoda 75
Somnus rationis alacritate repellendus 211
Somni capiendi ratio & præceptum 207
Sordes in omni vitæ ratione vitandæ 195
Sordes, etiam ex vulgi ſententia, vituperandæ 200
Sors à dei providentia, & hominum voluntate pendet 127
Sors amplectẽda, quæ divino cecidit judicio 208
Sortis malæ nomine quænã intelligi debeãt 268
Sperare non oportet, quæ ſperanda non ſunt 243, 248
Stulta miſera & mala 163
Stultorum vita quot & quantis obnoxia malis 171
Subſtantia corporis expers ſuper aſtra 278
Sumptus vanos recti neſcius audet 195
Supellex quæ & qualis eſſe debeat 196

T

TAntali ſaxum. 116
Temerarii affici moleſtia ſolent 163
Temperantia in quo verſetur 84
Temperantia inexpugnabilis cuſtos adhibenda eſt animo 151
Tenuitas ſumma abit in ſordes 195
Ternarius ſuperficiei convenit 228
Terra, mundi umbilicus 244
Tetras, naturæ fons æternus 216, 219
Theologica ſcientia quibus potiſſimum adipiſcenda 239

Timi-

Timiditas quibus maxime ineſſe ſoleat 83
Triangulus figurarum, quæ rectis conſtat lineis, ſimpliciſſimus 228
Turpia homine indigna 79
Turpe nihil geras ſociis præſentibus, ne te ſolo quidem 79

V

VAletudo corporis haud quaquã negligẽda 190
Valetudo corporis quatenus curanda 152, 155
Venter compeſcendus 72. ejus incommoda 75
Verbum nullum emittendum, quod rectæ rationi non conſentiat 151
Verbis modeſtis cedendum 60
Veritas contemplativa 219
Veritas atque virtus ab opifice natura illucent omnibus 276
Veritatis pulchritudo virtute carenti non cernitur oculo 4
Verſus Pythagorici cur aurei 7
Veſtimentorũ modus 196
Victus ratio homine digna 199
Victus tenuitas amplectẽda, quæ ſordibus careat 195
Victus mundus eſſe debet 192, 195
Victui mundo nos adſuefcere oportet, qui luxu careat 199
Virtutis mater philoſophia 4
Virtutum omnium dux pietas 11
Virtutes quatuor, quæ ſunt in agendo poſitæ, diligenter curandæ 95
Virtus & veritas non in hominibus ſolũ, ſed in Deo etiam maxime 224
Virtutum umbræ quæ & quales 100
Virtus cui eſt emoluméto, eidẽ fuerit & damno quod eſt à virtute alienũ 155
Virtus eſt quicquid meliorem efficit animum 100
Virtutes civiles probum efficiunt hominem 7
in Virtutis divinæ viam quænam nos deducant 223
ſecundum Virtutem vita, re

revera divina 176
Virtutis habitus ægre divellitur 71
in Virtute ſervanda animo fracto eſſe non oportet 208
Virtutum menſura in quo ſita 100
Virtutes cur vocentur pennæ 256,259,264
Viſus ad ſcientiam comparandam accommodus 259,260
Vita noſtra hæc mortalis quibuſdam terminis neceſſariis definita 87
Vitæ ratio perſequenda, quæ ſciẽtia regatur 208
Vitæ diurnæ recordatio quid conferat 212
Vita nequiſſima eſt acerbiſſima; optima autem, jucundiſſima 180
Vita ſecundum virtutem, revera divina : quæ autem vitia ſequitur, belluina 176
Vitiorum genera permulta 83
à Vitiis homines verecundia, dedecore ultioneq; divina revocantur 131
Vitiorum fructus calamitas 123
Vitiorum amputatio, legis divinæ ſcopus 120
Unitas omnium numerorũ vires in ſe complectitur, tanquã cujuſcunq; numeri principium 227
Volũtas hominis libera 108
Voluntatis liberæ nimia licentia, quod à Deo recedere non dubitet 264
Voluntas humana nec virtuti, nec vitio ſemper inhæret 140
Voluntate propria ad conſilia prava, vel recta ducimur 163
Voluptas per ſe minime ſubſiſtit 176
Voluptas omnis, cujuſlibet actionis eſt comes ib.
Voluptates malæ ſubſequuntur actiones deteriores : præſtantiores autem, quæ bonæ ibid.
Voluptates atque dolores in medio poſita ib.
Voluptates, quarũ pœnitere nõ poteſt, virtutis ſtabilitatẽ imitãtur 175,176
Uſus in vita ſummus 7
Vulvã animantis comedi prohibebat Pythag. 299

FINIS.

Index rerum & verborum quæ in Adnotationibus *Th. Marcilii* occurrunt.

A

Ἄϊννατον 377
Agones miniſtri in ſacris 351
Αἰδὼς 343
Amat pro ſolet 359
Amicitia duplex 352
Amicitiæ triplex materies ibid.
Amicitiæ parum idonei homines auſteri 355
Amicorum tria genera 352
Anacharſidis ſtatuæ 357
Angeli 346
Ἀπόδειξις 373
Apollinis ara Deli 351
Ἀθάνατοι θεοὶ 342
Aurea 341
Aurea dicta ibid.
Aureæ res ibid.
Aureæ fabulæ ib.
Aureorum verſuum autor 338, 339. *Excellentia* 340. *Inſcriptio* 340, 341
Aureus Aſinus Apulcii 341
A. Gellii locus 380
Αὐθαίρετον πῆμα ibid.
Αὐτὸς ἔφα 342

B

Benevolens & amicus differunt 355
Binarius numerus ſimilitudinem habet ſcientiæ 372
Bona hominibus ingenerata eſſe à natura 381

C

Καταχθόνιοι 345
Clementis Alexandrini locus emendatus 369
Cylindrus 383

D

Dæmones boni 346. *Genii & Lares* 349. *Terreſtres* 348. *Unde dicti* 349
Δαπανᾶν 366
Dii immortales 343. *Æviterni & Ævi integri* 342. *Medioxumi* 348
Deorum, dæmonum, & heroum ordo 346, 347, 374
Divini viri 349
Δηλὸς 362
Denarii vis in quaternario 371, 376
Denarius vi ſua cõtinens in ſe omnes numeros 371. *Significationem habet univerſitatis* 376

E

Εἰκῇ 353
Ἑλάττεσθαι 390
Ἐνδελέχεια 374
Ἔννοια ῥέζειν 350
Ἔντομα in Sacris ibid.
Ἐπαλήθευεν 369

G

Galeni de aureis verſibus teſtimonium 339
Genius mens cujuſque 386

H

Heroes 346, &c.

I

Infinita verba Attice pro imperativis 357
Joachimus Camerarius 350
Jusjurandum πιστότατον 345
Jusjurandum duplex ibid.

L

Lex æterna 343
Lex Draconis 344
Λόγῳ ἐοικέναι 353

M

Manes proprie ſancti & quare 352
Μέμψις invidia vel reprehenſio 366
Μοῖρα 360
Mors duplex 382. Philoſophica ibid.
Μωρός 363

N

Ναὶ μὰ 370
Naturæ proportio 380
Negatio duplex vice affirmationis 358
Neceſſitas duplex 356
Noſce teipſum 358, 386
Novenarius numerus pro natura 376

O

Oculi molles 367. Duri ib.
Ὅμοιον pro ἀνάλογον 380
Opinio multiformis 373
Opinio ſimilis numeri ternarii ibid.
Oratione ſoluta quis primum uſus 341

P

Parentum honor 352
Φιλεῖ, pro εἴωθε 359
Φιλεῖ pro συμβαίνει ibid.
Φιλοσοφία 353
Philoſophia medicina animi 361
Philoſophus 358
Phocylides mutuatus à Sibyllis 342
Plutarchi locus 373
Πολυφιλία 353
Proverbium
Facultas vicina neceſſitati 355
Deliberandum eſſe priuſquam

quam incipias 363
Modus res optima 366
Qua prætergreſſus 367
Quod dubitas ne feceris 364
Φθόνος *invidia vel reprehenſio* 366
Pythagoras num aliquid literis conſcripſerit 337, 338. *Aureorum verſuum pater* 338,339. *Amicitiæ ſtudioſus* 353. *Victimas non immolavit* 351
Pythagoræ nomen 342
Pythagoreorum tria genera 346. *opinio de tonitruis* 350. *A certis cibis abſtinentia* 388. *Jurandi conſuetudo* 345

Q

Quaternarius continet vi ſua denarium 371. *numerus eſt animi humani* 372. *cum ſenſu confertur* 373. *continet numerum XXXVI.* 374. *Deus eſt* 375. *confertur cum quatuor naturis* 376
Quaternarii jusjurandum 370,371

S

Sanctitas 351
Σέβας 343
Σεβασικοὶ *Pythagorei* 346
Σέβεσθαι ibid.
Senſus cognitionis principium 374
Simonidis dictum 358
Σῖτον 365

T

Θεῖοι ἄνδρες 349
Ternarius numerus 373
Terque quaterque ibid.
Τελεγκτὴς 371
Thraſeæ dictum 355
Τιμὴ 343
Tonitrui cauſa 350

V

Valetudo duplex 364
Verbum idem utrique rei convenire interdum ſi alteri conveniat 363
Verſibus omnia conſcribere ſoliti antiqui 341
Victimæ feriendæ ratio 350
Victimatores 351
Virtus duplex 369
Unitatis numero ſimilis mens humana 372
Unitatis numerus Dei ſignificationē habet 376,377

Y

Ὑποχθόνιοι 349

FINIS.

Lucas Holſtenius in obſervationibus ad *Porphyrium* de vita *Pythagoræ*, ſic legit illud *Hieroclis* pag. 229. ad finem; καὶ ἁπλῶς, τὰ ὄντα πάντα ἡ τετρὰς ἀνεδήσατο, στοιχείων ἀριθμὸν, ὡρῶν τῦ ἔτους, ἡλικιῶν, συνοικισμῶν, id eſt, *Denique ut uno verbo dicam, quaternarius omnia quæ in rerum natura exſiſtunt complectitur; numerum elementorum, tempeſtatum anni, ætatum, & contuberniorum ſive ſocietatum.*

Idem refert Manuſcript. Vatican. aliter legere priorem verſum *Pythagorici* juramenti; ſcil. Οὐ μὰ τὴν ἡμετέραν ψυχὰν, &c. non ψυχᾶ.

Monendus es, Lector, in aliquibus locis interpretationem *Curterii* egregie fallere. Specimen unum & alterum exhibemus; cætera tibi inter legendum obſervanda mittimus.

Pag. 55. lin. 8. καὶ τὸν ὄντως πατέρα ζητεῖν προσκελεύεται. *Quam jubetur qui vere pater eſt non ſolum quærere.* potius, *qua jubetur eum qui vere pater eſt quærere:* vel, *& eum qui vere pater eſt jubet quærere.*

Pag. 164. lin. 15. τὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι καταφυγὴν. *ut refugium nullum ſit.* potius, *refugere ad non eſſe.*

In nonnulla exemplaria irrepſere hæc
Σφάλματα.

Pag. 21. l. 19. ὁμοιώτητα pro ὁμοιότητα. p. 126. l. 7. μητὴρ pro μήτηρ. p. 223. l. 18. cognitionem pro ſimilitudinem. p. 241. l. 19. ἔγκρατής. p. 410. l. 3. Ralmeuſer pro Ralmeuſer.

Corrige, & vale.

HIEROCLES
DE
Providentia & Fato:

Una cum *Fragmentis* ejuſdem;

Et

LILII GYRALDI Interpretatione
Symbolorum Pythagoræ;

Notiſque
MERICI CASAUBONI
ad Commentarium *Hieroclis* in
Aurea Carmina.

LONDINI,
Ex officina ROGERI DANIELIS,
MDCLV.

PROLEGOMENA
De
Editione, Autore, & Opere.

CUm hæc opuſcula, nunquam antehac ſimul excuſa, nunc eodem volumine impreſſa prodeant, operæ pretium fore videbatur, ſi ab eo qui edenda curavit, & Editionis, & Autoris, & Operis ratio aliqua Lectori redderetur. Quamobrem ne vel novitate ſua diſpliceant, vel ſub Fragmentorum titulo minus ambitioſo vileſcant, quod de horum unoquoque ſcitu neceſſarium judicavimus, breviter fideliterque trademus.

Cum Typographus Pythagoræ Fragmenta hinc inde collecta, & in Aurea ejus Carmina Hieroclis Philoſophi Commentarium vel auro contra cariorem prælo ſubjeciſſet, monui eum exſtare etiam-

num alia Hieroclis Opuſcula, nec ea adeo vulgo nota; addidique, nihil à tanti nominis Philoſopho, magis magiſque indies inclareſcente, ſcriptum eſſe, quod omnibus in hoc literarū genere verſatis non foret gratiſſimum exoptatiſſimumque. Quo monito, licet Facetiarum libellum priori imprudentius affixiſſet, cœpit tamen de ſecundo volumine imprimendo cogitare. Primum igitur, Compendium de Providentia & Fato Pariſiis à Federico Morello editum ut quæreret, ſuaſi; quod in Bibliopoliis omnibus, & nōnullis eruditorum hominum bibliothecis fruſtra quæſitum, tandem vir doctiſſimus, harumque rerum callentiſſimus, &, ſi addere liceat, noſtri amiciſſimus, Mericus Caſaubonus communicavit. quod non ſolum à Morello primo editore, ſed ab Hugone Grotio, qui in hac ipſa Quæſtione plurimum deſudaverat, verſum habes. Huic Tractatus duos ex iiſdem libris à Photio excerptos, & in Myriobiblo, ſtupendæ eruditionis opere, exſtantes, adjiciendos curavi. Et ne quid quod à tanto viro ſcriptum eſt, licet temporis injuria mutilatum, lateret; ejuſdem Autoris Fragmenta omnia

inter

inter Stobæi Eclogas ſparſa, & vel ſic ab interitu vindicata, ut adjungeret conſilium dedi. Præterea, etiamſi pauciſſima ex iis quæ Hierocles ille adverſus Religionis noſtræ cultores ſcripſerat, ſupereſſent, eaq; ſint quorum à lectione Chriſtianos omnes potius arcendos crediderint forſitan nonnulli; tamen quoniam apud Euſebium Cæſarienſem & edita jampridem & refutata ſunt, cenſui ſine ullo religionis diſpendio edi poſſe, & ne quid deeſſet, omnino edenda. Denique, cum in priori Libro inter reliqua Fragmenta, etiam Symbola Pythagoræ ex Iamblicho delineata conſpicerem, & præclarum Lilii Gyraldi Commentarium in magno & ingentis pretii Operum Volumine quaſi latitantẽ cogitarem, iterum hortatus ſum ut non omitteret libellum tam paucis cognitum, à tanto Philologo ſcriptum, ſummiq; Viri Iſaaci Caſauboni elogio commendatiſſimum; quem in Notis ad Diogenem Laertium hæc verba habuiſſe diu eſt ex quo primum obſervaverimus. *De Symbolis Pythagoricis multa multi ſcripſere, ad quos Lectorem rejicimus; imprimis ad Lilium Gyraldum, virum ſolide doctum,*

& in ſcribendo accuratum. Hæcque omnia eo lubentius ardentiuſque ut fierent urgere viſum eſt, quod Annotationes Caſauboni Filii in Commentarium Hieroclis prius impreſſum imo evulgatum, non ſine alio volumine edendæ viderentur. Hanc Editionis rationẽ habeant, qui requirunt breviuſculam, Autoris aliquanto ampliorem habituri.

Nam cum in omni fere literarum genere, à quo quiſque liber quaque ætate ſcriptus ſit intelligere plurimum interſit, ne Scriptorem plane alienum pro noſtro ſubſtituamus, neu pro mediæ ætatis Philoſopho vel recentiorem aliquem vel antiquiorem venditemus; veniam poſtulare viſum eſt, ut de iis omnibus qui ſub Hieroclis nomine inter literatos hactenus innotuerunt, & hæc commentanti præſto ſunt, paulo diligentius diſſeramus.

Primus, quantum memoria teneo, qui Hieroclis nomine inter Græcos doctrina celebres inſignitus eſt, fuit Meneclis frater, è regione Caria, ex urbe Alabanda, ubi Cicerone puero floruit, & Oratoriam profeſſus eſt. Aliter quidem docere nos nuper voluit vir doctiſſimus Gerardus

Joannes

Joannes Voſſius libro de Hiſtoricis Græcis tertio; qui Hieroclem hunc patria quidem Alabandenſem fatetur, ſed Rhodum commigraſſe tradit, teſtemque migrationis Strabonem laudat: quod an veritati conſentaneum ſit videamus. Verba Strabonis lib. 14. in codicibus editis hæc ſunt. Ἄνδρες ὃ ἐγνώοντο λόγου ἄξιοι δύο ῥήτορες ἀδελφοὶ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλῆς τε, ὃν ἐμνήσθημεν μικρὸν ἔμπροσθεν, καὶ Ἱεροκλῆς, οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον, ὅ, τε Ἀπολλώνιος καὶ ὁ Μόλων. *Viri memorabiles Alabandenſes fuerunt Oratores duo fratres, Menecles, de quo paulo ante diximus, & Hierocles, qui in Rhodum commigraverunt; item Apollonius & Molo.* Ita Interpres, & hæc Voſſio favent. Sed monuit Criticorum Princeps Iſaacus Caſaubonus locum eſſe mutilum, & deeſſe particulam καὶ, legendumque omnino καὶ Ἱεροκλῆς, καὶ οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον: ut illud μετοικήσαντες non ad Meneclem & Hieroclem qui præcedunt, ſed ad eos qui ſequuntur, Apollonium ſcilicet & Molonem referatur. Quam ego correctionem minime contemnendam, potius corroborandam ſentio. Nam primo Apollonium & Molonem

Alabandenſes fuiſſe, & Rhodum poſtea commigraſſe fatentur omnes: deinde cum Geographus ipſe paulo ante, eos qui alibi nati, Rhodi Oratoriam profeſſi ſunt, commemoraſſet, horum quidem diſerte meminit, Meneclis autem vel Hieroclis ibidem docentis mentionem nullam facit, Oratores adeo celebres loco tam opportuno nequaquam omiſſurus, ſi in eadem urbe cum Apollonio & Molone unquam docuiſſent.

Cæterum Joannes Meurſius vir diligens, & harum rerum præcipue callens, correctionem Caſauboni emendatione alia plane evertere in Apollonio ſuo conatur. Ubi enim nos legimus ὅ, τε Ἀπολλωνίῳ καὶ ὁ Μόλων, ac ſi duo eſſent, ut revera ſunt: ille levi tranſpoſitione in hunc modum reſtituit, ὅ, τε Ἀπολλωνίῳ, ὁ καὶ Μόλων, atque ita ex duobus unum facit, qui & Apollonius & Molo diceretur. Sed fugit eum ratio cum diligentiſſimum Geographum ſic emendaret, vel potius corrumperet. Quis enim putabit Strabonem, dum Alabandenſes Oratores enumerat, Molonem nominare, Apollonium omittere; & cum ante utriuſque ut Alabanda

nati,

nati, ut Rhodi profitentis, ſimul meminiſſet, nunc in ipſa patriæ deſcriptione unius tantum mentionem facere voluiſſe? Quid quod, quicquid alii de Apollonio Molonis, ut Plutarchus & Porphyrius, aut de Apollonio Molone, ut Joſephus, Suetonius, & Quintilianus ſcribunt, Strabo ſemper Molonem diſerte diſtinguit ab Apollonio? Καθάπερ ἡ Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς, καὶ Μόλων· ἦσαν γὰρ Ἀλαβανδεῖς. *Quemadmodum Apollonius cognomento mollis, & Molo; erant enim Alabandenſes,* Meneclis Rhetoris diſcipuli. non dixit ὁ Μαλακὸς καὶ ὁ Μόλων, quod certe debuit, ſi utrumque Apollonium, unum Malacum, alterum Molonem dicere voluiſſet. Rurſus, ἐπεδήμησε μὲν πρότερον Ἀπολλώνιος· ὕστερον δὲ ἦλθεν ὁ Μόλων. *Prior Rhodum ſe contulit Apollonius: poſtea autem venit Molo.* Si uterque fuiſſet nomine Apollonius, nunquam ſcripſiſſet πρότερον Ἀπολλώνιος, ſed πρότερον ὁ Μαλακὸς, ὕστερον δὲ ὁ Μόλων. Certiſſimum igitur eſt diſtingui apud Strabonem Apollonium & Molonem, & correctionē Caſaubo. ni emendationi Meurſii præferendam. Quare καὶ οἱ μεταπεμπόμενοι εἰς τὴν Ῥόδον, ὅτε Ἀπολ-

Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων, ita apud Strabonem verterem. Memorabiles quidem Alabandenſes Menecles & Hierocles, *item Apollonius & Molo, qui* (ex Alabanda patria ſua, ubi Meneclem audiverant) *Rhodum commigrarunt.* Habemus igitur tandem Hieroclem Alabanda natum, ibidemque Oratoriam profeſſum. Et ſcripſiſſe eum Orationes ex Cicerone conſtat. Ita enim ille in Bruto. *Genera Aſiaticæ dictionis duo ſunt: unum ſententioſum & argutum, qualis in hiſtoria Timæus, in dicendo autem, pueris nobis, Hierocles Alabandeus, magis etiam Menecles frater ejus fuit; quorum utriuſque Orationes ſunt imprimis, ut in Aſiatico genere, laudabiles.* Quod fuerit judicium hominum de hoc Hierocle, cognoſcere licet ex Cicerone l. 2. de Oratore. *Intelligemus, ut hodie Alabandenſem illum Meneclem & ejus fratrem Hieroclem, quos ego audivi, tota imitetur Aſia; ſic ſemper fuiſſe aliquem, cujus ſe ſimiles plerique eſſe vellent.* Quæ ſententia Ciceronis, docet ipſe in Oratore ad Brutum. *Tertium eſt, in quo fuerunt fratres illi, Aſiaticorum Rhetorum Principes, Hierocles*

roules & Menecles, minime mea ſententia contemnendi. Etſi enim à forma veritatis, & ab Atticorum regula abſunt; tamen hoc vitium compenſant vel facultate vel copia. Atque hæc de Alabandenſi Rhetore, quem noſtrum eſſe non poſſe certiſſimum eſt, utpote qui pene quadringentis annis Philoſopho antiquior fuerit.

Meminit & Hieroclis cujuſdam Scholiaſtes ad Pindari Pythia Ode 4. Ἱεροκλῆς δέ φησι τὸς ὀκ Λακεδαίμονος ἀποικίσαντας Ἀπόλλωνι αὐτὴν (Θήραν) ἀνιερῶσαι. & paulo poſt. Ἱεροκλῆς δέ φησι κεῖθεν τὴν πόλιν ὀπὶ λόφου μαστοειδοῦς λιθογείου. Hunc Hieroclem eundem fuiſſe cum Alabandenſi unico hoc argumento, nimis fortaſſe levi, non tamen reticendo, conjicio. Menecles & Hierocles fratres erant in eodem dicendi genere verſati; Scholiaſtes autem utrumque ſimul laudat. Nam cum Meneclem prius ideo nominaſſet, quod probabiliorem cæteris rationem reddidiſſet, cur Battus Oraculum conſuleret, ſeditionem nempe in inſula Thera ortam: ſtatim ſubjungit verbis modo prolatis, Hieroclem docuiſſe, *eos*

qui

qui ex Lacedæmone coloniam in Theram deduxerant, eandem Apollini conſecraſſe; & urbem Cyrenen in colle, uberis formam referente, collocatam fuiſſe. Hinc mihi quidem veriſimile videtur, fratrem utrumque Hiſtoriam illam de adventu Batti in Cyrenaicam oratorio more pertexuiſſe. Aut ſi conjectura hæc minus cuiquam arrideat, potiuſque ad aliquem quem Hiſtorica ſcripſiſſe certum eſt, referenda hæc eſſe autumaverit; ſit nobis ſecundus Hierocles ille, cujus Stephanus Ethnicographus meminit, qui libros ſcripſit, quos Φιλίστορας nominavit. Ita enim ille in Ταρκυνία. καὶ Ταρκυνῖοι ἔθνος Ὑπερβορέων, παρ' οἷς οἱ γρύπες τὸν χρυσὸν φυλάττουσιν, ὡς Ἱεροκλῆς ἐν τοῖς Φιλίστορσιν. *Etiam Tarcynæi gens quædam inter Hyperboreos, apud quos gryphes aurum cuſtodiunt, ut Hierocles in Philhiſtoricis.* Inſigne Fragmentum ex eodem opere excerptum apud eundem Stephanum exſtat in Βραχμᾶνες. Ἱεροκλῆς ἐν τοῖς Φιλίστορσί φησι· Μετὰ ταῦτα ἀπορῆσαι ἄξιον ἐνόμισα τὸ Βραχμάνων ἰδεῖν φῦλον, ἀνδρῶν φιλοσόφων καὶ θεοῖς φίλων, ἥλιόν τε μάλιστα καθαγιζομένων. ἀπέχονται δὲ σαρκοφαγίας πάσης, καὶ

οἰνου.

ὑπαίθειοι τὸν ἀεὶ χρόνον βιοτεύουσι, καὶ ἀληθείαν πιμῶσι. χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῆ, τῇ ὀκ πετρῶν λίθων. τὰ μυρύματα μαλακὰ καὶ δέρματα ὃ δὴ ζωυφαίνουσιν· ἐξ ὧν ὑφάσματα γίνεται μήτε πυεὶ καιόμενα, μήτε ὕδατι καθαιρόμενα, ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπᾳ καὶ κηλίδος ἐμπλησθῇ, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λευκὰ καὶ διαφανῆ γίνεται. *Poſtea operæ pretium videbatur Brachmanas viſere, homines philoſophiæ deditos, & Diis charos, Soli vero præcipue dedicatos. Cæterum ab eſu carnium prorſus abſtinent; ſub Dio totam ætatem degunt, & veritatem colunt.* Quæ autem ſequuntur cum corrupta ſint, prius ut emaculentur, quam vertantur, opus eſt.

Corrigo itaq; & lego. χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῆ τῇ ὀκ πετρῶν· λίθων δὲ μυρύματα μαλακὰ καὶ δερματώδη ζωυφαίνουσιν. Correctionem confirmant illa Plutarchi, Libro de Oraculorum defectu. Τῆς δ' ὀκ Καρύστῳ πέτρας, χρόνῳ δὲ πολὺς ἀφ' ἧς πέπαυται μυρύματα λίθων μαλακὰ νηματώδη ζωοκφέρουσα. Vides ex Petra Caryſtia λίθων μυρύματα, eaque μαλακὰ καὶ νηματώδη, ut apud Stephanum δερματώδη repoſuimus, νηματώδη etiam repoſituri, niſi quod nimis à veteri lectione recedat, & δερματώδη ferri poſſit. Quod autem de lino vivo, ſive asbeſti-

no

no loquatur Plutarchus, certum eſt: ex eo enim mantilia, retia & capitis involucra confecta eſſe dicit, ab ignis injuria tuta, iiſdem pene cum Hierocle verbis tradens, ὅτε σβεννυμένους, ἀλλ' ὅσ' ἂν ῥυπωθῇ χρωμένων ἐμβαλόντες εἰς φλόγα, λαμπρὰ καὶ διαφανῆ κομίζον. Atque ita tandem reliqua apud Stephanum vertimus. *Utuntur autem veſte linea, ex petris facta: lapidum enim filamenta quædam mollia & quaſi cutanea contexunt; ex quibus veſtimenta fiunt, neque igne comburenda, neque aqua purganda; ſed cum ſordibus ſcateant, in flammam conjecta, pura & ſplendida evadunt.*

Aliud Hieroclis ejuſdem Fragmentum, ex eodemque Opere, conſervatum habemus in Tzetzis Chiliadibus. Quod licet ipſiſſimis ejus verbis conceptum non ſit, tamen & Libri Argumento, & ætati Autoris vix aliunde eruendæ non parum lucis afferet.

Ἱεροκλῆς ὡσαύτως Φιλίσοφσιν ἐν λόγοις,
Ἐξῆς ὑ, λέγων, εἶδομεν χώραν αὐχμηρὰ πάνυ,
Ἡλίῳ φλεγομένην τ', καὶ περὶ ταύτην ἄνδρας
Γυμνὰς, ἀνεσίας τ', πρὸς χώρας τ' ἐρήμους·
Ὧν οἱ μὲ ἀπεσκίαζον τὸ πρόσωπον ὠτίοις,

Τὰς

Τὰς πόδας δ' ἀναλείνοντες τὸ ζύμπαν ἄλλο ζῶμα.

Τέτων ὃ Στεάβων μέμνηϑ', καί γε τ' ἀκεφάλων,
Καὶ τῆδ' δεκακεφάλων τ', ἢ τετραχειροπόδων·
Οὕσπερ ἐγὼ ἑκ ὄπωπα, φησὶν ὁ Ἱεροκλέης.
Ταῦτα Ἱεροκλέης μέν.

Hierocles ſimiliter in libris Philhiſtoricis,
Deinde, inquit, vidimus regionem ficciſſimam,
Soleque exuſtam, & in ea viros
Nudos atque tecto carentes, locis in deſertis.
Quorum quidam obumbrabant faciem auribus,
Pedes autem extendentes, etiam corpus reliquum.
Quin horum Strabo meminit, nec non Acephalorum,
Et decem capita habentium, quatuorque manuum atque pedum.
Quos ego nuſquam vidi, inquit Hierocles.
Hæc quidem Hierocles.

Atque iſta Joannes Tzetzes Chil. 7. Hiſt. 144. ex quibus liquet Hieroclem illum quamplurimas regiones peragraſſe, reſque in itinere viſas aut aliunde cognitas ſcripto tradidiſſe, & libros, quibus hæc omnia

omnia complexus eſt, Φιλίσοφος nominaſſe. Patet etiam Strabone Hiſtorico, qui ſub Tiberio ſcripſit, juniorem, (illum enim laudat) Stephano autem Ethnicographo, à quo ipſe laudatur, antiquiorem fuiſſe.

Poſt Oratorem & Hiſtoricum, tertius nobis erit ex porticu Philoſophus, toties Tauro Platonico & cum Stoica diſciplina non bene convenienti laudatus, ut tradit in Noctibus Atticis Agellius. *Taurus autem noſter, quoties facta mentio Epicuri eſſet, in ore atque in lingua habebat verba hæc Hieroclis Stoici, viri ſancti & gravis:* ἡδονῆς τέλος πόρνης δόγμα ἐκ ἔστιν πορνεῖα· ἡδὲν πόρνης δόγμα. Iſta Agellius de Tauro l. 9. c. 5. Hæc Taurus ex Hierocle, ſed corrupta, & nihili ex vitioſa editione facta, in hunc modum nitori priſtino reſtituenda. Ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα. ἐκ ἔστι πρόνοια ἡδέν· πόρνης δόγμα. Duo nempe Epicuri dogmata jugulat, & ex Philoſophorum ſcholis ad lupanaria amandat *vir ſanctus & gravis*: finem omnium ſeu ſummum bonum in voluptate ſitum eſſe: illud primum. providentiam, qua regi mundum vulgus autumat, nihil eſſe: hoc ſecundum.

ſecundum. Et hic fortaſſe Hyllarimenſis eſt, de quo Stephanus: Ὑλλάειμα πολίχνιον Καρίας, ὅθεν ἦν Ἱεροκλῆς ὁ ἀπὸ ἀθλήσεων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀχθείς. nullam enim aliam ob rationem, quam quod Philoſophus dicatur, noſtrum fuiſſe Hyllarimenſem illum conjecit Voſſius; nos igitur potiori jure Stoicum hunc fuiſſe dicamus, quoniam noſter non ex athleta, ſed ex Judice factus eſt Philoſophus, ut mox oſtendemus. Utcunque ſit, Stoicus ille non poteſt idem eſſe cum eo quem nos edimus, quia Tauro antiquior eſt, quem Platonicam Philoſophiam exponentem non ſolum Agellius, ſed & Herodes Atticus, referente Philoſtrato, ſub Hadriano Cæſare audivit.

Alius etiam à noſtro *videtur Hierocles* ex quo Athenæus *l.* 14. *refert quid ſit* σᾶις, inquit Ger. Voſſius. Imo vero, ſi omnino fuerit Hierocles iſte, non modo *videtur alius*, ſed ut ſit neceſſe eſt. Scripſit enim ante Athenæum, qui ſub Pertinace Deipnoſophiſtas edidit, centum & quinquaginta annis ante Libanium & Acacium, quibus florentibus noſter obiit. Neque vero ille apud Athenæum *refert*

quid ſit σαῖς, ſed quid σαπίτας, placenta ſcilicet ita Epicharmo nominata, quæ σαῖς ἐστιν ὑγρὸν εἰς τήγανον ἐπιχεόμενον, μέλιτι ἐπιβαλλόμενα καὶ σησάμης καὶ τυροῦ, ὡς Ἱεροκλῆς φησιν. Σταιτίτας nempe dictus eſt, quod ſit σαῖς liquidum ſartagini affuſum, adjecto melle, cum ſeſamo & caſeo, ut inquit Hierocles. Apertiſſime autem fallitur vir doctiſſimus Dalechampium ſequutus, cum ita explicat *quid ſit* σαῖς, *nempe liquor, vinum puta, aqua, vel alius.* nemo enim unquam vinum, aut aquam, aut ſimilem aliquem humorem σαῖς nominavit. Revera non quid σαῖς eſſet, ſed quamobrem placenta σαπίτας diceretur, ſcilicet quod ἐκ σαπτὸς ὑγροῦ fieret, docere voluit, quiſquis eſt; non enim Hieroclem, ſed Iatroclem nominatum puto; & legendũ omnino, ὡς Ἰατροκλῆς φησιν, apud Athenæum cenſeo. Ut enim Harpocration Mendeſius, ita & Iatrocles ſcripſit de Placentis. Κειμνίτης, πλακοῦς τοιὸς, διὰ κείμνων γινόμενος, ὡς Ἰατροκλῆς ἐν τῷ περὶ πλακούντων ἀναγράφει. Athenæus paulo ante. & idem rurſus, Κοιλίαν. τούτων μνημονεύει Ἰατροκλῆς ἐν τῷ περὶ πλακούντων. Ut igitur alibi, Παῖσι πλακοῦντι ἃ

παρὰ

παρὰ Κώοις, ὥς φησιν Ἰατροκλῆς· ita hic quid ſit Σταίλιτας oſtendens, ὡς Ἰατροκλῆς φησι ſine dubio ſcripſit. Hunc igitur ex numero eorum qui ſub Hieroclis nomine innotuerunt expungentes, ad alios & his & noſtro juniores tranſeamus.

In 16. Geoponicorum libro tria capita ſunt quæ Φερωκλέους nomen præ ſe ferunt: ſed cum liber ille ad rem veterinariam pertineat, Ἱερωκλέους legendum eſſe oſtendunt Hippiatrica. Binos autem libros ſcripſit Hierocles περὶ τῶν ἵππων θεραπείας, hoc eſt, *de Morbis equorum curandis*, ut ipſe teſtatur in Proœmio ad ſecundum Hippiatricorum capite ſexageſimo; eoſque à Baſſo rogatus cum confeciſſet, eidem poſtea dedicavit. Suntque hi duo libri quaſi fundamenta Collectionis Veterinariæ, ad quorum formam methodumque reliquorum Epiſtolæ aut ὑπομνηματα redigi videantur. Fuit autem Hierocles ille non ἱππαλεκτρύων, aut inter equites Cæſarianos in armis verſatus, ut Abſyrtus, & Theomneſtus, ſed Juriſprudentiam coluit, & cauſis agendis in foro operam dedit. Locuples ipſe mihi teſtis in Operis Proœmio. Ἀλλ' εἰ μὴ κατακύσειν ἡμᾶς

ἑτέρων τὰ νῦν ἐχρῆν, ἔν τε δικασηρίοις παρέχειν χρείαν τοῖς δεομένοις, καὶ σπουδὴν περὶ ταῦτας ποιεῖσθαι τὰς διατριβάς· οὐκ ἀτιμαστέον γε ὅμως τὸ ζῆν ἀξίωσιν, ἄριστε Βάσσε. *Etiamsi nos alios potius audire hoc tempore oporteat, & in judiciis copiam nostri postulantibus præbere, atque hisce exercitiis operam dare ; non tamen negligendum fuit, optime Basse, quod tu requiris.*

Præter hunc & alius Hierocles Grammaticus, qui Συνέκδημον sive Notitiam Imperii Constantinopolitani evulgavit, editus ab Episcopo Abrincatensi, sed imperfectus, à V. Cl. L. Holstenio in Corpore Historiæ Byzantinæ perfectior edendus.

Tandem aliquando, recensitis illis quos à nostro plane distinguimus, ad ipsum Philosophum veniamus. Hunc ego pro certo affirmare non ausim, negare tamen non possum fuisse illum ipsum, qui adversus Christianæ religionis sym̃ystas & scripsit mordacia, & acerba gessit.

Primum autẽ legendo observavi fuisse eũ in Bithynia Judicẽ, imperante Diocletiano, judiciumq; adversus Christianos, flagrante Persecutione, exercuisse. Autor est oculatus

oculatus Tragœdiæ teſtis Lactantius. *Alius eandem materiam mordacius ſcripſit, qui erat tunc è numero Judicum, & qui autor inprimis faciendæ perſecutionis fuit.* Ita ille lib. 5. de Juſtitia, c. 2. de alio neſcio quo priora, de noſtro hæc certiſſime locutus. Non igitur, uti *alter, antiſtitem ſe philoſophiæ* tunc temporis *profitebatur*, ſed ſub ſolo Judicis officio Chriſtiano nomini infenſus apparuit. *Quo ſcelere non contentus, etiam ſcriptis eos quos afflixerat inſecutus eſt.* Sed quemadmodum inter Græcos rerum naturæ periti primo Σοφοί, poſtea modeſtiori vocabulo φιλόσοφοι dicebantur: ita cum Celſus, qui primus adverſus religionem noſtram ex profeſſo ſcripſit, inimiciſſimum veritati librum Λόγον Ἀληθῆ nuncupaſſet, Hierocles titulo minus ambitioſo ſuum Φιλαλήθη indigitavit. Fatetur Euſebius ἀλαζονικώτερον τῷ Φιλαλήθους ἐπιγεγραμμένον Κέλσου Ἀληθῆ λόγον. Et ut ad Hieroclem hæc pertinere certo conſtet, qui à Lactantio nullibi nominatur, ecce quæ Euſebius poſt verba ut refutarentur repetita, ſubjungit. Ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς Ἱεροκλεῖ τῷ τὸν καθ' ἡμᾶς ἐπιγεγραφό-

τὶ Φιλαλήθη λόγον. *Hæc*, inquit, *ipſius Hieroclis verba ſunt in Oratione contra nos ſcripta, cui titulus Philalethes.* Ita ſemper Euſebius, ac ſi unum tantum librum ſcripſiſſet, cum duos fuiſſe ex Lactantio pateat. *Compoſuit enim libellos duos, non contra Chriſtianos, ne inimice infectari videretur, ſed ad Chriſtianos, ut humane & benigne conſulere putaretur.* Integer itaque titulus ita erat conceptus,

Λόγοι Φιλαλήθεις, πρὸς Χριστιανούς.

De binis itaque res eſt certa. Idem capite ſequenti: *Auſus eſt libros ſuos nefarios, ac Dei hoſtes,* Φιλαλήθεις, *id eſt, veritatis amatores annotare.* Euſebius autem velut librum ſingularem nominat, quia ex duobus unum tantum tetigit, nec eum, ut opinor, integrum, ſed partem illam tantum, qua auſu plane novo, et reliquis Chriſtianiſmi hoſtibus intacto, Apollonium Tyaneum Chriſto Deo noſtro comparavit, æquavit, prætulit. Atqui alia quamplurima, præter infamem illam comparationem, adverſus nos effuderat Hierocles, *in quibus*, teſte Lactantio, *ita falſitatem Scripturæ Sacræ arguere conatus*

tus eſt, tanquam ſibi eſſet tota contraria. Nam quædam capita, quæ repugnare ſibi videbantur, expoſuit, adeo multa, adeo intima enumerans, ut aliquando ex eadem diſciplina fuiſſe videatur. Ut etiam quædam particularia notemus, *Præcipue Paulum Petrumque laceravit, cæteroſque diſcipulos, tanquam fallaciæ ſeminatores: quos eoſdem tum rudes & indoctos fuiſſe teſtatus eſt, nam quoſdam eorum piſcatorio officio quæſtum feciſſe. Ipſum autem Chriſtum affirmavit à Judæis fugatum, non ingentorum hominum manu latrocinia feciſſe. Item cum facta ejus mirabilia deſtrueret, nec tamen negaret, voluit oſtendere Apollonii vel paria, vel etiam majora feciſſe.* Reliqua igitur quæ de contrarietate Sacrarum Scripturarum, de Pauli Petrique diſſidio, & Apoſtolorum imperitia effutivit, ex Celſo excerpſerat, aut etiam ex Porphyrio, qui eadem, teſte Hieronymi Proœmio Commentarii in Epiſtolam ad Galatas, *in primo Operis ſui adverſum Chriſtianos libro*, copioſe tractaverat. Πρὸς μὲν γὰρ τὰ λοιπὰ ἥμαρτον ἐν τῷ Φιλαλήθει, εἰδὲν ἂν εἴη παυσάμενον ὅτι τῷ παρόντι ἴσασιν, μὴ

αὐτῷ ἴδια τυγχάνοντα, Σφόδρα ὃ ἄναιδῶς ἐξ ἑτέρων ἐκ αὐτοῖς μονονεχὶ νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ ῥήμασι καὶ Συλλαβαῖς ἀποστυλημένα. *Nam in reliquis, quæ in Philalethe continentur, non erit operæ pretium impræſentiarum commorari, cum ipſius propria non ſint, ſed ex aliorum ſcriptis, iiſdem non tantum ſententiis, ſed verbis etiam atque ſyllabis nimis impudenter ſublecta.* Euſebius igitur ea tantum in libris Hieroclis refutare aggreſſus eſt quæ de Apollonio ſcripſerat, reliqua vero intacta prætermiſit, uti jampridem ab Origine in libris adverſus Celſum refutata, aut à ſe ipſo in iis quæ contra Porphyrium meditabatur propediem refellenda. Nullo igitur modo concedendum eſt Illuſt. Cardinali Baronio, *Euſebium omnes impudentis hominis conatus temerarios hoc Commentario infregiſſe,* cum minimam eorum partem attigiſſe ſe fateatur. Et omnino notandum eſt Euſebii librum contra Hieroclem, peſſime à Florentino Interprete verſum, nec ut videtur hactenus ſatis intellectum, vix attigiſſe ea quæ ab Hierocle ſunt profecta, neque comparationi Apollonii cum Chriſto inhærere;

imo

imo vero ab eo argumento prorſus abſtinuiſſe, & Philoſtrati libros octo de Vita Apollonii tantum percurrere, & quicquid ei tanquam Philoſopho tribuitur libenter concedere, quicquid ad eum ſupra mortalium ſortem evehendum comparatum eſt, excutere, elevare, convellere.

Cæterum Hieroclem illum, de quo hæc diximus, tum ingenii acumine, tum ardore animi, cupidineque perſequendi Chriſtianos Diocletiano adeo placuiſſe probabile eſt, ut ex Judice Nicomedienſi Præfectus Alexandriæ factus eſſe videatur. Certe Epiphanius de ejuſdem temporis inaudita ſævitia agens, hæc 67. ſive Hieracitarum Hæreſi habet. Κυλινδὸς μὲν ἦν ἔπαρχος τῆς Θηβαΐδος, Ἀλεξανδρείας δὲ Ἱεροκλῆς, *Præerat tum Thebaidi Culeianus, Alexandriæ vero Hierocles.* Unde haud difficulter tandem adduci me patiar, ut cum Voſſio credam hunc hoſtem Religionis noſtræ Hyllarimenſem Hieroclem fuiſſe. Sed ea lege, ut illa Stephani verba aliter mihi liceat interpretari, non ut ex poeta, cum Simlero, neque ex athleta, cum Voſſio, ſed ex Perſecutore factus ſit Philoſophus: ἀπὸ ἀθλήσεων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀχθείς, inquit

inquit Stephanus, aut forte Hermolaus: ἆθλα autem & ἀθλήσεις creberrime dicuntur certamina illa quæ Chriſtiani cum Ethnicis inierunt, perſecutioneſque quas perpeſſi ſunt. Unicum Euſebium nominabo hujus ipſius temporis calamitates perſequentem. Τί χρὴ πολλὰ λέγειν, τὴν καινοτέραν καὶ καινοτέρας ἀεὶ καινὰς ἐπ' οἰκεμένῃ θεοπρεπῶν μαρτύρων ἀθλήσεις παρατίθεσθαι; Quidni igitur Hierocles, ἀπὸ τούτων τῆς ἀθλήσεων, ab hac ipſa perſecutione, tribunal reliquerit, præfecturam exuerit, præſertim Conſtantino Magno non tantum lethales illas flammas extinguente, ſed veritatis lucem admittente? quidni ad vitam philoſophicam, & ſtudia literarum, quibus etiam antea operam non vulgarem dediſſe videtur, inſperata rerum mutatione perculſus, ſe contulerit? Quæ ſi cui ſatis veriſimilia videantur, huic certe non difficulter perſuaſero eundem fuiſſe & Judicem, & Philoſophum noſtrum; qui Epiphanio ἔπαρχος Ἀλεξανδρείας, Suidæ φιλόσοφος Ἀλεξανδρεύς. Atque hæc de libris duobus quos Judex ſcripſit, & Φιλαλήθης nominavit: Reliqua vero, quæ jam Philoſophiam profeſſus edidit, recenſeamus.

Inter

Inter Opera vero Philoſophica, ſive Judex, ſive alius fuerit, primum jure merito locum ſibi vendicat Ὑπόμνημα εἰς τὰ χρυσᾶ Πυθαγόρου ἔπη, *Commentarius in Aurea Pythagoræ Carmina*, opus nunquam ſatis laudatum. Neque enim Carmina iſta tantum interpretari, aut Grammaticorum inſtar Scholia conficere in animo habuit, ſed omnia Pythagoricæ diſciplinæ lineamenta brevi quaſi tabula depingere. Ipſius verba proferam, quia meliora proferre non poſſum. Τοιαύτη τῶν χρυσῶν Ἐπῶν ἡ ἐξήγησις ἡμῖν γέγονε, περιέχουσα ἐν αὐτῇ Πυθαγορείων δογμάτων μέθοδον ζώοφιν, *Hæc eſt Aureorum Carminum explicatio noſtra, Pythagoricorum in ſe Dogmatum ſynopſin continens.* Proximum huic locum habeat præclarum illud Opus, περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης, καὶ τῆς τοῦ ἐφ' ἡμῖν πρὸς τὴν θείαν ἡγεμονίαν συντάξεως, *De Providentia & Fato, arbitriique noſtri cum divina gubernatione congruentia.* Erat autem totum Opus in ſeptem Libros diſtinctum. ἑπτὰ δὲ λόγοι αὐτῷ ἐπιμερίζονται τὴν σύνταξιν, inquit Photius Bibliothecæ Codice 214. quorum etiam Argumenta

ta ibidem percurrit. Hunc à Voſſio prætermiſſum ſequatur, qui tanti illi eſt, Οἰκονομικὸς, *cujus particulæ*, inquit, *hæ erant; De amore fraterno, &c. Quomodo utendum ſit cognatis, & ſimiles.* Voluit igitur Vir doctiſſimus ingens Volumen ab Hierocle in Oeconomicis factum, cujus partes eſſent illæ à Stobæo citatæ; Scilicet, Τίνα τρόπον θεοῖς χρηστέον, ſeu de *Uſu Deorum*; πῶς τῇ πατρίδι χρηστέον, ſive *quales in patriam eſſe debeamus*; πῶς χρηστέον γονεῦσιν, ſive *quomodo erga parentes gerere nos oporteat*; πῶς συγγένεσι χρηστέον, *quomodo utendum cognatis*; περὶ τοῦ γάμου, id eſt, *de Nuptiis*; περὶ φιλαδελφίας, de *Amore Fraterno*. Ego vero aliter omnino ſentio, Οἰκονομικὸν ſcilicet fuiſſe majoris Operis Partem unam, eodem plane cum reliquis modo, in eodem cum iis volumine conjunctum. Neque enim veriſimile eſt Stobæum, cum reliquas particulas ad caput ſuum retulerit, unam tantum ad Operis totius Titulum referre voluiſſe. Præterea ea quæ ex Oeconomico citat, ad rei familiaris adminiſtrationem proprie ſpectant, πρὸ πάντων γε περὶ τῶν ἔργων ὑφ' ὧν δικαίως ζωΐχεται, *ante omnia*, inquit, *de operibus quibus*

res

res domeſtica continetur. Partitur itaque officia ad familiam pertinentia inter patrem matremque familias; ruſtica, forenſia, & civilia viro, mulieri domeſtica negotia tribuens. Peculiaris igitur pars eſt Οἰκονομικὸς, ab officio erga Deos, patriam, parentes, fratres, cognatoſque diſtincta, unumque caput vel librum fortaſſe in Opere majori conſtituens: quod quidem ego Ἱεροκλέους φιλοσοφούμενα nominatum puto.

Etiam Hyllarimenſem ſignari ſuſpicor à Michaele Apoſtolio Centuria 8. Prov. 20. ubi citatur ἐν δευτέρᾳ φιλοσοφουμένων παρὰ τῶν φιλοσόφων, *Libro ſecundo de iis qui à Philoſophis in ſapientiæ ſtudio inſtituuntur.* Ita Voſſius prorſus male; non enim ſunt οἱ φιλοσοφούμενοι de quibus Hierocles ſcripſit, ſed τὰ φιλοσοφούμενα, ut Demetrii Ixionis Ἐτυμολογούμενα, quorum meminit Athenæus; neque περὶ τῶν φιλοσόφων legendũ eſt, ſed περὶ, ut apud Etymologum & Suidam reperitur, unde Apoſtolius hauſit: neque περὶ φιλοσόφων pars tituli eſt, ſed tantum indicat Hieroclem lib. 2. φιλοσοφουμένων, dum de Philoſophis loqueretur, ea verba habuiſſe, quæ ſequuntur.

quũtur. Ita enim Suidas in Ἐμποδών· ἐχρήσατο δὲ τῇ λέξει Ἱεροκλῆς τε καὶ ἄλλοι, ἀντὶ τοῦ ἐμποδίου. φησὶν ἐν β' φιλοσοφουμένων περὶ τῶν φιλοσόφων· τίς γὰρ αὐλῶν οὐκ ἠγάμει, καὶ παῖδας ἀνέτρεφε, καὶ οὐσίας ἐπεμελήθη, μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος. Apud Apoſtoliũ pro αὐλῶν perperam ſcribitur αὐλὴν, quod Pantinum in errorem duxit plane jocularem. Suidæ igitur verba, ut & Etymologi, ſic accipienda ſentio. Utitur hac voce ἐμποδὼν Hierocles cum aliis loco ἐμποδίου: ut cum lib. 2. φιλοσοφουμένων, in hunc modum de Philoſophis loquitur: *Quis enim eorum non uxorem duxit, liberoſque ſuſcepit, & rei curam geſſit, quoties nihil impedimento eſſet?* Reliqua quæ apud Suidam ſequuntur, & cum his, nullo alio Autore nominato, nulla occaſione interpoſita cohærere forta ſſe videantur, omnino ab hoc fragmento Hieroclis removenda ſunt, autorique ſuo reſtituenda. Poſt illa ſcilicet Philoſophi noſtri μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, ſequitur apud Suidam, ἐπὶ ὃ οὐκ ἐιδὼς τοῦ εἰδότος ἐν οἷς εἰδόσιν, ὡς φησὶ Πλάτων, πολλαπλασίως ὑπάρχει. φεναξιδεὶς Ἰλλὰς μεμεμιμημένη σωμυλία λοιδόρησον πάντων ἔκρινε παιδευτῶν τῆς Κωνσταντίνου.

διὸ

διὸ ἡ πολλὴν αὐτῷ δίδωσι παρρησίαν ἐκ τῶν δημοσίων.

Ut ingenue fatear, hunc locum non ſatis intelligo, inquit Æmilius Portus, qui Suidam adeo infeliciter tranſtulit, maculiſque plurimis aut affectum invenit, aut affecit. Neque ſatis ei fuit non intellexiſſe, inſuper emendatione corrupit, nam pro τῆς Κωνσανλίνε legit τῶν, atque ita Imperatorem nobis pro Urbe dedit, & tempora Conſtantini cum regno Zenonis pariter confudit. Impoſuit illi vocabulũ, Ἴλλως, quod nom neviri fuiſſe ignoravit; inde reliqua plane tenebris involuta ut viderentur neceſſe fuit. At Ἴλλως vel Ἰλλ☉ Græcis, Hyllus, aut Illus Latinis dictus, ſub Zenone vixit, eique familiaris admodum fuit. Suidas ipſe, Ἰλλ☉, ὄνομα κύριον, ὃς ἦν μάγ☉ Ζήνων☉. At Zenoni operam in arte magica præſtitiſſe, aut omnino magum fuiſſe Illum non memini. Imo errorem ex Scripturæ compendio natum pro certo habeo: ſcripſit aut Suidas aut Librarius, μαγ^{ος}, vel brevius, ut in *MS.* codice Manuelis Moſchopuli expreſſum vidi, μ^{ος}: hoc qui ſequebantur μάγος effecere, cum μάγιστρ☉ abbre-

breviatura illa intelligeretur. Victori in Chronico *Hyllus Patritius*, & ſimpliciter *Patritius* nominatur: at Marcellino *Illus natione Iſaurus* ſignanter *dignitate Magiſter Officiorum* dicitur: Et Joannes Antiochenus, nondum editus, Καὶ ἐγένετο ὁ Ἶλλος ζυγκλητικὸς, καὶ ὕπατος, καὶ μάγιστρος, καὶ πατρίκιος. Non igitur magus, ſed Μάγιστρος Zenoni Illus fuit. De hoc igitur Illo Patritio & Magiſtro intelligenda ſunt iſta apud Suidam, quæ ex voce ἐμπορῶν citavimus: neque vero Hieroclis noſtri Fragmento adjungenda, cum ſint ſine dubio hauſta ex Damaſcii libro de vita Iſidori (toties in Collectaneis illis exſcripto) ut patet ex narratione ipſius Suidæ in Παμπρέπιος, et iis quæ in excerptis à Photio in Bibliotheca conſervatis etiamnum exſtant. Fragmentum igitur prius Hieroclis fuit, idque opinor ex librorum aliquo quos φιλοσοφούμενα nominavit, qualem etiam titulum Origenes, qui eidem Scholæ aliquando præfuit, uſurpavit; & latent ejus φιλοσοφούμενα adhuc in Bibliotheca Florentina, judicio Viri doctiſſimi Lucæ Holſtenii digniſſima quæ edantur. Utrum inter hæc περὶ

δι-

δικαιοσύνης tractaverit, aut omnino de Juſtitia unquam ſcripſerit, neſcio: ſemel enim Stobæo citatur ſub Ἱεροκλέους, ſæpius ſub Ἱέρακος nomine. Et fieri poteſt ut ab Hierace Alexandrino potius illa ſcripta ſint, quem Ammonio æqualem tradit apud Photium Damaſcius. Reſtant Ἱεροκλέους φιλοσόφου Ἀστεῖα, *Hieroclis Philoſophi Facetiæ*; quæ an noſtri ſint ipſe qui edidit dubitavit, & videntur ſane eſſe alicujus Hieroclis junioris.

Præter hæc, concinnavit etia Hierocles in Platonis Gorgiam Commentarium, non manu ſua ſcriptum, ſed ab ore ejus à diſcipulo exceptum. de quo memorabile eſt quod narrat apud Photium Damaſcius. Οὗτος (Ἱεροκλῆς) πολὺ τὸν Πλάτωνος Γοργίαν τοῖς ἑταίροις ἐξηγεῖτο· εἷς δέ τις τῶν ἀκροατῶν θεοσεβὴς ἀπεγράψατο τὴν ἐξήγησιν. πάλιν δ', οἷα εἰκὸς, ἐκ δευτέρου τὸν Ἱεροκλέους εἰς τὸν Γοργίαν καταβαλλομένου, μετά τινα χρόνον, τὴν ἐξήγησιν ὁ αὐτὸς ταύτην ἀπεγράψατο. καὶ ἀντιπαραβαλὼν τὰ πρότερα καὶ τὰ ὕστερα, εὗρεν ὐδὲν τῶν αὐτῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν· ἐκάτερα δὲ ὅμως, ὃ καὶ παράλογον ἀκοῦσαι, τῆς Πλάτωνος ἐχόμενα, καθόσον οἷόν τε, προαιρέσεως. Τοῦτο

 μὲν

μὲν ἓν ἐπδείκνυται τῶ ἀνδρὸς ἥλίκον ἦν ἄρα τὸ τῶν φρενῶν πέλαγος. *Hierocles hic aliquando Platonis Gorgiam ſociis explicabat. Unus vero auditorum, Theoſebius, explicationem deſcripſit. Iterum vero, ut par erat, cum Hierocles poſt aliquod tempus ſecundo interpretaretur, idem etiam hanc explicationem deſcripſit, & collatis prioribus cum ſecundis, in nullo, ut ita dicam, eadem invenit. Utraque tamen, quod vix auditu credibile eſt, Platonis, quoad ejus fieri poterat, inſtitutum continebant. Hinc colligitur quanta in illo viro fuerit ingenii copia.* Ita à ſcriptis ad dicta ta pervenimus, & nequid videamur omittere, age ab iliis ad Dicta veniamus. Tradidit itaque idem Theoſebius Hieroclis diſcipulus apud Suidam, vel potius Damaſcium, eum ἐξηγούμενον, (non *inter narrandum*, ut Curterius & Portus, ſed *dum* Platonem *explicaret*) aliquando dixiſſe, κύβοις ἐοικέναι τὰς Σωκράτους λόγους· ἁπλῶς γὰρ ἕναι παντα χῆ ὅπη ἂν πέσωσι. *Socratis* ſcilicet *ſermones teſſeris eſſe ſimiles: ſtare enim ſemper erectos, quacunque cadant.* Rurſus, cum Byzantii in judicium adductus plagis cæſus eſſet, mananti ex corpore la-

lacerato ſanguine judicem aſperſit, ſimulque illud Ulyſſis apud Homerum uſurpavit,

Κύκλωψ τῇ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα.

Hæc habui quæ de Philoſophi noſtri Scriptis dictiſque traderem ; qualia vero ea ſint, aut quanti inter eruditos æſtimanda, non aliunde melius quam à Criticorum veterum judicio cognoſcere poterimus. Primum itaque legimus apud Suidam, & paulo integrius apud Photium aut Damaſcii, aut alterius Philoſophi, certe à Damaſcio traditam, hanc de Hierocle noſtro ſententiam: ὅτι ὁ Ἱεροκλῆς, ὁ τὰς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβὰς ὑψηλοφροσύνῃ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ κοσμήσας, μετὰ τὸ ζεπτὸν καὶ μεγαλοπρεπὲς εὖρος τε τῶν διανοιῶν εἰς ὑπερβολὴν ἦν, καὶ διαφόρων εὐγλωττίᾳ καὶ εὐπρεπείᾳ τῶν καλλίστων ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, κατέπλατ-τε πανταχῆ τὰς ἀκροωμένους, πρὸς τῶν Πλάτωνος ἀμιλλώμενος ἀεὶ καλλιῤῥημοσύνην καὶ πολυνοιαν. *Sciendum quod Hierocles, qui Scholam Alexandrinam ſublimitate & magnitudine animi ornavit, præter magnificentiam venerandam (& conſtantiam,* Suidas enim & alii codices

apud Photium pro σεπλῦ ἀτρέπλυ exhibent) *etiam ingenii ubertate admodum affluebat; & cum linguæ præstantia, pulcherrimorumque nominum & verborum facilitate ac copia excelleret, omnes ubique auditores in sui admirationem rapiebat, tam orationis venustate quam sententiarum varietate cum Platone semper contendens.* Quo Philosophi nostri encomio quid uberius? quid luculentius? Et tamen Suidas post operum enumerationem hæc statim subjungit. ἐν οἷς φαίνεσθαι ὁ ἀνὴρ τῷ μὲν ζωὴν ὑψηλόφρων, τὴν δὲ γνῶσιν ἐκ ἀκριβής. ac si vita sublime aliquid spirasset, scientia nihil accuratum. Ne hæc Hierocli nostro labes adhæresceret, Curterius particulam ἐκ è Suida tollit; & cum vitæ sublimis, tum scientiæ accuratæ philosophum Latine exhibet. Cæterum non vidit ille, in Græcis autoribus corrigendis minime felix, verba hæc Damascii esse, non Suidæ, qui vitæ Isidori partem maximam in Collectanea sua transtulit. Id enim si vidisset, negationem nunquam sustulisset, aut ea injuriam nomini Hieroclis factam putasset. Jamdudum enim observavit Photius Damascium

ſtiũ in eo opere, quotquot verbis extollit, & aut ob doctrinæ excellentiam, aut ob ingenii ſolertiam, ſupra humanam conditionem,ut plane divinos celebrat,horum ſe judicem conſtituere, nuilum non perſtringere, in ſingulis etiam aliquid eorum, propter quæ prius laudaverat, deſiderare, ipſi Iſidoro haud parcere. Vel hinc liquet iſta etiam apud Suidam in Ἰσίδωρος, τὴν ζωὴν μὲν ἦν φιλόσοφος· τὰ δὲ πρὸς ἐπιστήμην ὑ διεξήλασμένος, ex eodem Damaſcio pariter petita eſſe, & cum iis quæ de Hierocle dixerat plane conſentire, adeoque negationis particulam è Suida per Curterium ſublatam omnino reſtituendam videri. Neque vero exiſtimationi Autoris noſtri quicquam officere putemus, quod minus ab eo laudetur, qui omnes etiam quos laudat pariter vituperat.

Fateor equidem alicubi,aut à Damaſcio aut Iſidoro, Hieroclẽ in ordinem Philoſophorum medium eſſe redactum:nam cum Pythagoram & Platonem divinos appellet, Ariſtotelem vero & Chryſippum deprimat; his verbis de Autore noſtro ſententiam fert. Τῶν δὲ νεωτέρων Ἱεροκλέα τινά, ὃν εἴ τις ὅμοιος, ὑ δὲν μὲν ἐλλείπουσας εἰς τὸ

τὴν ἀνθρωπίνην παρασκευὴν, τῶν δὲ μακαρίων νοημάτων πολλαχῆ πολλῶν ἐνδεεῖς γενομένους, φησίν: *Ex Philoſophis junioribus Hieroclem & ei ſimiles quod ad humanum apparatum attinet nullibi deficere, at beatorum divinorumque conceptuum ut plurimum expertes eſſe, ait.* Atque hæc de Hieroclis Philoſophia: de Stylo, omni exceptione majus eſt Photii Græcorum Patriarcharum longe doctiſſimi judicium. Ἔστι δὲ ἡ φράσις τῷ ἀνδρὶ σαφὴς μὲν καὶ καθαρὰ, καὶ σπουδῇ φιλοσόφῳ πρέπουσα· ἐ μέντοι γε τοῖς κεκαλλωπισμένοις καὶ περιττοῖς ἐξωραϊζομένη χρώμασί τε καὶ ποικίλμασι τῆς ῥητορείας: *Eſt autem phraſis Hierocli aperta atque pura, & rebus philoſophicis apta, at non ſupervacuis pulchriſque coloribus, & Rhetorices variis pigmentis decorata.* Qua & ſobria & accurata Viri ſummi ſententia contenti, huic de Autore diſſertationi finem imponimus, de Opere poſtea dicturi.

Principem in hac ſecundi Voluminis mantiſſa locum tenent Fragmenta *de Fato, Providentia & Libero Arbitrio:* eaque bis Græce, ter Latine exhibita. Ad Græca quod attinet; primo loco poſita ſunt ea

quæ

quæ Federicus Morellus Lutetiæ è Bibliothecæ Medicææ penu eruta anno MDXCVII edidit; quæ cum Epitomen Hieroclis continere aliquis ſuſpicetur, mihi tamen nihil aliud eſſe quam ex Excerptis Photii iterum excerpta, & quaſi in corpus redacta videntur. Id vero ut oſtendam, primo ſciendum, ſeptem de hac ipſa re libros ab Hierocle fuiſſe conſcriptos, quorum argumenta nobis breviter Photius tradidit; at fragmenta ex tribus tantum, ut tituli præ ſe ferunt, excerpſit. Deinde etiam obſervo Epitomatorem Morellianum nihil prorſus in ſe continere, ne unam quidem ſententiam attigiſſe, quæ non integra in Photianis exſtet. Præterea, idem utriuſque fragmenti ſcopus in ipſa fronte iiſdem verbis propoſitus, iiſque eadem menda laborantibus. ἦδ' ἐπαγγελία τῆς παρέσεως ζηλέψεως περὶ προνοίας ἐστὶ διαλαβεῖν τῇ Πλάτωνος δόξῃ καὶ Ἀριστοτέλους ζωδιατιθεμένῳ. Si interpretes conſulueris, neſcies quid legerint, ita ſententiam aliter aliterque unuſquiſque concepit & expreſſit. Ego apud Photium primo ζωδιαπεθέμενα ſcriptum puto, & librarii vitio α in ω verſum quod perquam uſitatum

eſt, à Morelliano autem Excerptore mendam etiam cum ſententia eſſe tranſcriptam. Plane ut paulo poſt, cum in aliquibus Photii codicibus, ἀλλ' ἀγεννήτου, ὕλης ζωεργείας, in aliis ἀλλὰ γεννητῆς, vel γεννήτου, ſcriberetur; Excerptor ille poſterior, ἀλλὰ γεννήτου expreſſit, itaque Morellum & Grotium in ſententiam plane alienam induxit, qui *materiam generatam* ſive *genitam* nobis exhibent, cum omnia quæ ſequuntur plane ἀγέννητον ſeu ingeneratam materiam poſtulant. Utcunque ſit, Excerptorem à Morello editum Hieroclis de Providentia libros nunquam vidiſſe, ſed è Photii Bibliotheca omnia trāſcripſiſſe perſuaſiſſimum habeo. Ea autem quæ ita tranſcripſit, quia non eadem ſerie ordineque apud Photium exſtent, quo quæque loco reperiri poſſint, indicare non gravabor.

Principium itaque Morellianorum inter Photiana ad finem paginæ 36. omiſſa ſcilicet Hieroclis Præfatione, reperiuntur. deinde quæ poſt medium paginæ 6. iterum quaſi incipere videntur, in ſecundis Photii Excerptis pag. 48. accurrunt. At pag. 10. quæ poſt λογιζομένῳ φανήσεται ſequuntur,

longo

longo intervallo pag.66.comparent. Quæ vero 12. linea 2. ſe offerunt, ad 54. medium lectorem reducent. Paginæ 14. hæc verba, ταύτῃ τοι ἡ Πλάτων, ad 66. iterum mittunt. Poſt ἀλγεινῆς θεραπείας pag. 16. ad 74. relegamur: & à fine 18. poſt τὴν ἡμετέραν διάνοιαν, ad finem pene 78. mittimur. Ubi pluſculis interceptis Excerptor progreditur, donec 22. initiotribus lineis ex 56. petitis, iterum procedit, tandemq; Photianis ad finem plane perductis; poſt medium 24. ad 56. redit, unde pauciſſima prætergreſſus in medio 64. finit. Denique Appendix ipſa ex pagina 70. deſumpta eſt; *quam cum Corollarium parum huic operi congruens* appellet Morellus, oſtendit ſe non intellexiſſe hæc ex fine ſecundi libri petita eſſe, quo Opiniones Platonicas ex ipſius Platonis Operibus collegit, expreſſit. Hæc nobis laborem pepererunt hoc uno nomine haud plane ſupervacaneum, quod aliis eandem non creabunt poſtea moleſtiam. Atque hinc tandē clare perſpicimus quis ſcopus, quæ mens Epitomatoris fuerit. Nam cum Hierocles ſeptem libros de Fato, Providentia, & Libero Arbitrio edidiſſet,

Pho-

Photius autem ex tribus tantum prioribus excerpta in Myriobiblon retuliſſet, in quorum primo ſententia Hieroclis expreſſa eſt, in ſecundo Platonis autoritas petita, in tertio autem objectiones refellebantur; Excerptor Morellianus ex ſecundo tertioque ea quæ ad primi argumentum pertinere videbantur revocavit, ut univerſam Hieroclis de Fato & annexis doctrinam in unum quaſi corpus redactam exhiberet.

Quoties autem verba ipſa ex Photio non tranſcribit, toties ſuſpectum habere Epitomatoris judicium oportet. Ecce enim non procul ab initio de Ammonio nonnulla locutus, ſtatim ſubjungit, ἔ Πλωτῖνός τε καὶ Ὠριγένης, ἔτι τε Πορφύριός τε καὶ Ἰάμβλιχος μαθηταὶ γεγόνασιν. Ergo tam Porphyrius & Iamblichus, quam Plotinus & Origenes Ammonii diſcipuli fuiſſe. At quis neſcit Iamblichum Porphyrii, Porphyrium Plotini diſcipulum fuiſſe, neutrum Ammonii? Fateor equidem Eunapium Origenem Porphyrii condiſcipulum facere, idque ipſius Porphyrii autoritate fretum. Συμφοιτητὰὶ μὲν ὅτω, ὡς αὐτὸς ἀναγράφει, κράτιστοί τινες ἔσαν, Ὠρι-

Ὠριγένης τε καὶ Ἀμέριος καὶ Ἀκυλῖνος.

Sed poteſt eſſe error in nomine Origenis ut videtur eſſe in altero Aquilini. Forte enim non Ἀκυλῖνος, ſed duabus literis prioribus leviter mutatis Παυλῖνος, ſcriptum fuit; quippe meminit Paulini cujuſdam Plotini diſcipuli Porphyrius, quem Amelius μίκκαλον appellavit; Aquilini vero mentionem facit tanquam ex Philoſophia hæretici, & inter Gnoſticos à Plotino refutati. Utcunque ſe res habeat, Origenes Porphyrii condiſcipulus eſſe nullo modo potuit, qui Plotini jam ſeneſcentis primo factus eſt diſcipulus: Origenem autem Plotino annis viginti ſeniorem fuiſſe conſtat. Teſte enim Porphyrio, in vita Præceptoris ſui, decimo Galieni Imperatoris anno quinquageſimum nonum circiter ætatis annum agebat Plotinus. At Origenes *vixit uſque ad Gallum & Voluſianum*, id eſt, *uſque ad ſexageſimum nonum ætatis ſuæ annum:* ut Hieronymus in Catalogo teſtatur. Quo minus mirum eſt viſo Origene in Scholainter Auditores apparente, Plotinum derepente erubuiſſe, & poſt pauca verba clauſiſſe Lectionem.

Qua-

Qualem igitur Eunapius condiſcipulum Porphyrio adjunxit virum! & Præceptori, quem ſumme coluit, venerandum, & ipſo Porphyrio quinquaginta annis ſeniorem, ut ipſe apud Vincentium Lirinenſem fatetur; *excitum ſe fama ipſius Alexandriam fere puerum perrexiſſe, ibique eum vidiſſe jam ſenem.* Nullo igitur modo Ammonii diſcipulus Porphyrius fuit, multo minus Iamblichus Porphyrii auditor. & Excerptorem Morellianum in hunc errorem duxit cum incuria feſtinatio. Cum enim Photius inter Ammonii γνωρίμους Plotinum & Origenem nominaſſet, ac poſtea ad eorum ſucceſſores enumerandos progreſſus eſſet, inter quos Porphyrium, Iamblichum, & tandem Plutarchum Athenienſem collocat; Excerptor diſcipulorum ſucceſſores, nulla diſtinctione adhibita, Ammonii auditores facit. Quod ideo notatu non indignum judicavimus, ut inde Morelliana ex Photianis emendanda moneremus; quæ quiſquis diligenter contulerit, næ ille conjecturis emendationibuſque Morelli ad marginem collocatis, ſemper incertis, plerumque falſis, non indigebit.

Nam

Nam quod ſtatim ab initio operis prò προσαθένλας, προσαραθένλας legi vult, vocem prorſus alienam reſtituit, & à *Photio* ex ipſo Hierocle ſine dubio tranſcriptam rejicit: imo plane fugit eum Grotiumque ratio, cum σφᾶς αὐτὰς προσαθένλας, *ſeipſos tantum conſuluiſſe* interpretati ſunt. Ita pagina 4. pro ταῖς ὁμοίαις, conjunctione addita, καὶ ταῖς ὁμοίαις ſcribēs, leviſſima correctione ſententiam authoris fœdiſſime corrupit, non niſi ex Photio ſanandā, qui oſtendit non conjunctionem καὶ, ſed verbum ὑποβάλλει defuiſſe. pag. 8. πάντως πε τῆς ἀταξίας αὐτῆς ἀγεννησίᾳ τῆς ἑαυτῶν φύσεως κειμένης, *& etiam quod inordinatiē erat in eorum natura, ortum nullum habuiſſet.* ita Morellus. Quæ quidem, nihili ſunt; neq; tamē meliora attulit Grotius. Ex Photio itaque emendanda, & legendum, πάντως πε τῆς εὐταξίας αὐτοῖς ἐν τῇ ἀγεννησίᾳ τῆς ἑαυτῶν φύσεως κειμένης. Mox etiam pro κακὸν τὸ μετατρεπόμενον, ex eodem ſubſtituendum τῷ μετατρεπομένῳ. Neque ferendus eſt Andreas Schottus, qui in Græco exemplari emendationem vidit, in verſione ſua mendam retinuit. Nihilo enim melius quam aut Morellus

aut

aut Grotius vertit, *Quod autem præter naturam efficitur, vitiatur.* Cum & verba ipſa & ea quibuſcum cohærent hunc ſenſum poſtulent: *Contra naturam vero affici, malum eſt ei quod mutatur.* Rurſus paulo poſt, (eſt enim hic locus admodum obſcurus, neque Interpretum Triumviratui intellectus) pro πρὸς τὸ μὴ δικαίου, legendum πρὸς τῷ, quod aliud eſt, novum ſcilicet argumentum, præter iniquum & injuſtum, etiam ab impoſſibili deductum. Pagina autem 12. locus inſignis eſt, qui & emendationem noſtram & explicationem efflagitat. Τὸ δὲ πρῖον, ὡς ἔφαμεν τῶν θείων γενῶν, ἀ μόνον τὸ ὁπωσοῦν πρέπεσθαι τῆς ὑποχῆς τῶν ἐναντίων ὑπέβη, ἀλλὰ καὶ τὸ πρὸς κακωθῆναι τῶν ἀιθερίων ἀξίαν ὑπέστη. Pro τὸ, bis legendum ſuſpicatur Morellus τῷ, & quidem rectiſſime, licet Photii Codices non agnoſcant; ſed interim non vidit vocem ἀξίαν eſſe vitioſam: moneo itaque ex Photio legendum, τῆς τῶν ἀιθερίων ἀξίας ὑπέστη. Mira ſunt quæ hinc interpretes excudunt, & ab Hieroclis ſententia prorſus aliena, quæ in hunc modum, admiſſa utraque correctione, reformanda intelligendaque cenſeo. Cum tria eorum quæ

in-

intelligentia prædita ſunt, (non, *quæ intelligentiam movent*, ut perperam Morellus & Grotius) genera ſint, quorum primum, ſine ulla ſui commutatione, indeſinenter divinæ ſimilitudinis particeps eſt, quale eſt cœleſtium genus; ſecundum vero non immutabiliter impartibiliterve eandem ſimilitudinem ſortitur, ſine peccati tamen vitiique labe paternis legibus obtemperat, quale ætheriorum genus eſt: tertium ab utroque diſtinctum eſt, nam *eo quod aliquo modo mutetur, infra eminentiam cœleſtiũ deſcendit; eo vero quod etiam aliquando vitietur, infra ætheriorum dignitatẽ ſubſidet.* Hæc ſũt Pythagoricæ doctrinæ, hæc Scholæ Platonicæ conſentanea. Hierocles ipſe ad Aurea Carmina, cæleſtes illos velut θεᾶς εἰκόνας ἀπαθεῖς καὶ ἀκακώτους, animos autẽ hominũ uti τρεπτὰς καὶ ἐμπαθεῖς τῇ εἰς κακίαν ὑποφορᾷ deſcribit; inter utroſque vero medium genus ita depingit, ut ſimul noſtra illuſtret atque confirmet. Τῷ μὲν ἀεὶ γινώσκειν ἀναβέβηκε τὸ ἀνθρώπινον γένος· τῷ δὲ μὴ ἀτρέπτως μηδὲ ἀζάλως γινώσκειν ὑποβέβηκε τὸ θεῖον. Et alibi de tertio genere, οἱ καὶ τῶν ἀγαυῶν ἡρώων ἐξ ἀνάγκης ὑποβεβήκασιν, εἴπερ ὀκεῖ-

νοι μὲν ἀεὶ νοῦσι τὸν θεὸν, ἔτοι δὲ εἰς ἄνοιαν ἀυτῷ πολὲ πίπτουσι.

Pag. 26. legitur ἡ τῆς ἐκεῖθεν δὲ ἐκεῖσε μεταστάσεως εἱμαρμένη, *fatum migrationis de loco in locum*, ut interpretes: quod nihili est. Ita, τὸ δὲ ἀρχὴν τῆς γενέσεως ὁρίζει ἡ τῆς ἐκεῖθεν ἀποπομπῆς εἱμαρμένη· *Initium ortus definit Fatum migrationis è vita*, inquit Andreas Schottus, sensu plane nullo. Non viderunt quid esset ἐκεῖθεν ἀποπομπὴ, & quod ei ex adverso respondet, ἡ ἐκεῖσε μετάστασις. Moneo igitur legendum pro ἐκεῖθεν δὲ, quod Græci non usurpant, ἐνθένδε, ut in Photio reperitur. Nam cum particula θεν motum è loco, δε vero ad locum significet; in ἐκεῖθεν una tantum Græci utuntur, in ἐνθένδε utraque: neque δε appositum significationem mutat; sed ut ἐνθάδε nunc hic, nunc huc valet, Ἐνθάδε, ἐνταῦθα, ὧδε, εἰς τοῦτον τὸν τόπον, inquit Hesychius; ita ἐνθένδε hinc significat, & idem est quod ἐντεῦθεν· iterum Hesychius, ἐντεῦθεν, ἔνθεν, ἀπὸ τούτου. Optime Hierocles ipse ad Aurea Carmina: Πρόνοια ἐπ' ἀνθρώπων ἐστὶ καθ' ἕνα ἕκαστον, πῶς ἀφίσται τῶν ἐκεῖ· πῶς πρὸς τὰ τῇδε νεύει πῶς ἐνταῦθα πολιτεύεται· πῶς ἂν ἐντεῦ-

τεῦθεν ἀναχομιδὴν ἐκεῖσε. Ita explicat ille animarum in corpora illapsum, reditum, que ad eum unde profectæ sunt locum. Neque aliter Plato in Phædone, è vita migrationem appellat τὴν ἐκεῖσε πορείαν. Dæmonem enim unicuique animæ præpositum velut ducem assignat, ᾧ δὴ προστέτακται τὰς ἐνθένδε ἐκεῖσε πορεύεσθαι, cui mãdatum est animas morientũ ex hoc loco ubi vixerunt, ad inferos sive separatarum animarum locum ducere atque dirigere. Clara itaq; tandẽ atq; perspicua est Hieroclis sentẽtia, & ortũ hominis & mortẽ esse fati legibus definitam. Quippe originis initiũ, sive potius nativitatis, fatũ emissionis ex animarum loco præscribit; mortem autem pariter definitam tenet fatum reditus, sive restitutionis in eundem locum ex quo primitus emissæ sunt. atque hæc est ἡ ἐνθένδε ἐκεῖσε μετάβασις. Pag. 30. pro ἄμεινον, legendum ex Photio ἄμοιρον, & pro δίκαιον, τυχαῖον. Prius viderunt Morellus & Grotius, de posteriori neutiquam cogitabant. Erat tamen ea emendatio ad mentem Philosophi exprimendam plane necessaria. Voluit enim in cæteris animantibus multum esse fortuiti, neque quicquam judicii

divini particeps: in rebus autem humanis, etiam id quod fortuitum esse videatur, ad fati providentialis administrationem referri. Hæc nobis impræsentiarum sufficere poterint, ut ostendamus Excerpta Morelliana, ex Photio primum petita, cum Photianis conferenda, & ex eisdem emendanda esse.

De Interpretibus quod admoneam Lectorem, paucis accipiat. Morellus Photio nunquam viso in quamplurimis erravit. Grotius eodem non consulto, pauciſſima emendatiora reddidit. Andreas Schottus inter Codices Græcos satis emendatos, in rebus ad Philosophiam Platonicam pertinentibus omnium imperitiſſimum se ostendit. Uno aut altero loco fidem faciam. Dixit Hierocles pag. 50. καὶ μᾶλλον ἂν εἴη τῆς ἀληθείας ἀφεσὼς, εἰ πρὸς τῷ ἐνδεᾶ τῆς ὑλικῆς ἐνεργείας, καὶ χρόνε τινὸς κοσμᾶν ἤρξατο, ὅπερ οὐκ ἐᾷ μένειν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἤθει. Quæ verba ita Schottus transtulit: *& potius à veritate recederet, si ob indigentiam materiatæ operationis, & alicujus temporis ornare cœpisset, nec manere illam in suo statu permisisset.* Quibus verbis vix quicquam invenustius ex-

co-

cogitari poteſt, niſi illa invenuſtiora ſint quæ Morellus & Grotius excuſerunt. Primo itaque legendum, ut in Morellianis, ἢ ἀπὸ χρόνου· dein hic loco ſenſus reddendus eſt. *Quinetiam magis à veritate alienum foret, ſi præterquam quod materia ad operandum indigeret, etiam ab aliquo tempore rerum ornatum inchoaſſet. quod ipſum in uno atque eodem ſtatu manere non permittit.* Ruſus pag. 60. ὥστε καλὰ γένος ἕκαστα διαζάζεσθαι, ἢ ζυμπαραθεῖν πρὸς τὸ ἀΐδιον τῇ διαδοχῇ τοῖς ὑποσήζασιν αὐτὰ ἀϊδίοις. Hoc eſt, Schotto interprete; *Ut ſingula ſuo quæque genere conſerventur, & occurre ad æternitatem ſucceſſione quadam cauſis ſubſiſtentibus.* Et hæc plane nihili ſunt. Morelliana pro ὑποσήσασιν habent ὑποσαθεῖσιν, ipſe legit ὑποσάσεσιν: ſed Photiana lectio veriſſima eſt. Eſt enim ὑφιστάναι verbum his Philoſophis uſitatiſſimum, pro efficere, producere, conſtituere. ita cum αὐτοτελῶς ὑποσῆσαι δυνάσθαι κόσμον Deum velit, non eſt hoc *mundum in ſtatu conſervare*, ut interpretes volunt, ſed producere. ita ὑποσῆσαι ἑαυτῷ εἰκόνας alibi dixit: & in hunc modum ubique loquitur. Hæc igitur eſt Hiero-

clis eo loco ſententia: Ea quæ ratione carent, non ſunt providentiæ regulis ordinata, ſed fortuitis motibus ſubjecta, eum tantum ordinis neceſſitatiſque modum tenent, quo ſingula in ſuo genere conſerventur, & ſucceſſione quadam cum cauſis quæ ipſa produxerunt ad æternitatem conſpirent. Plura referre piget, & hæc notaſſe ſatis eſt, ne quis fama Andreæ Schotti ductus, interpretationi ejus nimium fidat, quem video in Photio vertendo ſæpiſſime lectorem fallere.

Atque hæc de Fato & Providentia fortaſſe nimis prolixa; de reliquis pauciora.

Nam quod ad ea quæ ex Stobæo collegimus Fragmenta ſpectat, diximus antea judicio noſtro ad Hieroclis Φιλοσοφούμενα, Suidæ & Etymologo citata, referri debere. Et quidē ſi ulterius hariolari liceat, omnino verba illa quæ ex ſecūdo Rerum Philoſophicarum libro ab iſtis producuntur, ad eam libri partem pertinuiſſe puto, quæ περὶ οἰκιῶν ſive de Familia tractavit. Docet id ipſe in tractatu de Nuptiis his verbis; Οὐκοῦν ἔχομεν ἐν τοῖς περὶ οἰκιῶν ἀποδεδειγμένοις, ὥσπερ σοφῷ προηγούμενον

μέν

μὲν ἐστιν ὁ μετὰ γάμου βίος· ὁδ' ἄνευ γυναικὸς καλὰ περίστασιν. In iis quæ περὶ οἰκιῶν ſcripſit, oſtenderat viro ſapienti vitam conjugalem primo loco eſſe eligendam; nos autem oportere ſapientem imitari, atque nuptias nobis convenientes exiſtimare, εἰ μή τις ἄλλη περίστασις ἐμποδὼν, niſi aliquid forte accidat quod merito prohibere poſſit. Quam ſententiam Hieroclis quæ verba potiori jure ſequantur, quam illa apud Suidam, quæ Philoſophorum exemplo eandem rem eiſdem pene verbis confirmant? Quis enim eorum non uxorem duxit, liberoſque ſuſcepit, & rei curam geſſit, μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος; Quibus in hunc modum non ſine ratione diſpoſitis, ordinem tractatuum à Stobæo nominatorum non erit difficile nobis conſtituere. Primum itaque locũ occupet, Πῶς χρηστέον ἑαυτοῖς, ſive quomodo noſipſos gerere, aut erga noſipſos affectos eſſe oporteat. Cui ego primum locum aſſigno, quia ipſe capite de Cognatis hoc ordine enumerat, Ἐπειδὴ προδιδάχθημεν πῶς τε χρηστέον ἑαυτοῖς, καὶ πῶς γονεῦσι καὶ ἀδελφοῖς. Ergo ante Parentes de nobiſmetipſis egerat. Sequebantur autem Parentes

Patriam, Patria Deos, ut ſtatim oſtendemus. Primum itaque locum Πῶς χρηςέον ἑαυτοῖς, ſecundum Πῶς θεοῖς χρηςέον, proximum teneat, Πῶς πατρίδι χρηςέον. Certiſſimum hoc ex ipſo tractatus initio. Μετὰ τὸν περὶ θεῶν λόγον εὐλογώτατόν ἐςιν ὑποθέσθαι, πῶς πατρίδι χρηςέον. Poſt Deos & Patriam, quartum locum ſortiuntur Parentes, ſive Πῶς χρηςέον γονεῦσιν. Hoc pariter ex ipſomet patet. Μετὰ τὸν περὶ θεῶν καὶ πατρίδος λόγον, τίνα μᾶλλον ἂν προσώπα μνησθείη τις πρῶτον ἢ γονέων; Proxime ſequuntur Fratres, ſive περὶ φιλαδελφίας: deinde Conjux, ſive πῶς χρηςέον γυναικί. Caput de Liberis ſeptimum eſt, πῶς χρηςέον τέκνοις: de Cognatis octavum, πῶς συγγενέσι χρηςέον. Autor ipſe capitis initio; τοῖς εἰρημένοις περὶ γονέων χρησίμως καὶ ἀδελφῶν, γυναικός τε καὶ τέκνων, ἀκόλουθόν ἐςι παραδεῖναι καὶ τὸν περὶ συγγενέων λόγον. Atque ita tandem hunc Ordinem extudimus, Capitaque in hunc modum digeſſimus: *De Nobis ipſis, De Diis, De patria, De Parentibus, De Fratribus. De Conjuge, De Liberis. De Cognatis.* Quæ omnia forte in primo Φιλοσοφυμένων libro continebantur; ad ſecundum enim re-

refero quæ ſequuntur. Primo, περὶ οἰκιῶν: deinde, οἰκονομίας: denique, περὶ γάμου. & reliqua quæ forte plurima à Stobæo omiſſa ſunt, ut ex priorum aliquibus Fragmentum nobis nullum conſervavit.

Hæc autem uti ſunt è Stobæo expreſſa, & ſatis fideliter verſa, & ſatis feliciter plerumque, ubi res poſtulabat, emendata videntur. Ne tamen ſemper ſatisfactum officio Interpretis aut Correctoris putetur, obiter notanda nonnulla duximus. Pag. 116. pro ὀρθόστωτοι τοῖχοι, apponit margini, *forte* κλεώστρωτοι, vertitque *ſublimes muri*. Sed neque Conjectura placet, neque verſio, cum verba Hieroclis ſatis elegantia ſint, & fruſtra mutata, ut obſervat Cl. Salmaſius ad Ælium Spartianum. Ut enim λιθόστρωτα, generali nomine quæ lapidibus ſtrata; ita quæ in altum, ὀρθόστρωτα. Et quemadmodum apud Codinum, cum de trullo loquitur, πάλωσις dicitur quod in ſolo ponitur, καμάρωσις quod in cameris, ὀρθομασμάρωσις quod in parietibus; ita de pavimento στρῶσις dicitur, de parietibus ὀρθόστρωσις. Igitur ὀρθόστρωτοι τοῖχοι ſunt ὀρθομασμαστρωτοὶ, hoc eſt,

cruſtis marmoreis & laminis inducti. Deinde, cum ψαλισοὶ μυῤῥινῶνες *fornicati myrrhinones* reddit, & ad marginem exponit, *loca myrtis conſita opere topiario ſtructis arcuatim, vel ejuſmodi picturas*, non recte mentem Authoris explicat; potius enim forficati myrrhinones dicendi ſunt quam fornicati. Ita Gloſſæ Veteres Græco-latinæ, Ψαλίζω forfico; & Latino-græcæ, Forficatio ψαλίδωμα. Revera ψαλίζειν Græcis eſt tondere. Heſych. Ψαλίξαι, κεῖραι. Utigitur apud Martialē *tonſile buxetum*, ita noſtro ψαλισοὶ μυῤῥινῶνες ſūt tonſilia myrteta. Unicum præter hunc locū attingam ad finem pag. 248. peſſime ab Interprete acceptum. Καὶ τὰ μὲν ἀνδρῶν ἀποχρώντως ἂν ἐπιμετρῆσαι δέοι· τὰ δὲ γυναικεῖα πρέπον. *Et hæc quidem de viris dicta ſatis ſint: reſtat adhuc de mulieris officio dicendum.* Non intellexit quid eſſet ἐπιμετρῆσαι, quare & ſententiam puncto mutilavit, & ſenſum nullo prorſus modo verbis conſonum affixit. Eſt autem ἐπιμετρεῖν, ſupra debitum aliquid largiri vel concedere, adeoque præter id quod officio noſtro incumbit agere. Mens Hieroclis hæc eſt: Cum opera familiæ inter

ter

ter virum & fœminam dividenda ſint; ita ut ruſtica, forenſia, civilia viro, domeſtica vero negotia fœminæ tribuantur: tamen & patremfamilias aliquando decet officiis domeſticis ſeſe immiſcere; non tantum ſciſcitando & inſpiciendo, ſed etiam negotia muliebria tractando, imo ad ipſum lanificii opus nonnunquam deſcendendo. Et ut hæc virorum officio conveniunt, ita decet etiam mulierem non tantum lanificium tractare, ſed ad opera magis virilia accedere; & præter officia ſibi peculiaria, aliqua etiam ἐπιμέτρα loco in ſe ſuſcipere. Ita lege & intellige verba Hieroclis. ἐπιμετρῆσαι δέ τι καὶ τῇ γυναῖκα πρέπον, ὥστε μὴ τῆς ταλαιπωρίας κοινωνεῖν μόνον τοῖς θεραπαίναις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἔργων τῶν ἐπανδροτέρων.

Sunt alia male accepta, alia mutila, quæ mihi jam feſtinanti aut excutere aut ſanare non licet.

Quod autem ad poſtremum Hieroclis Fragmentum ex Euſebio deſumptum attinet, mirabitur fortaſſe quiſpiam plura Authoris verba inde excerpta non eſſe. Et fateor equidem, quiſquis Interpretem Euſebii ſequetur, plura ad Hieroclem noſtrum

ſtrum referet, quam nos retulimus. Ecce enim in Confutatione libri ſeptimi, hæc ille: *Sed audi quibus Hierocles verbis partes Damidis tueatur. Probabilis, inquit, ratio fuit, cur Damis à Pythagoreorum ritu deflexerit.* Hæc igitur & quæ ſequuntur Hieroclis erunt, ſi credamus Acciolo; ſi Euſebium conſulamus, Philoſtrati erunt, qui ſub τῦ συγγραφέως nomine intelligitur; & apud quem libri ſeptimi capite octavo, verba ipſa extãt incorrupta. αἰτία μὲν ἥδε τοῦ μεταβαλεῖν τὸν Δάμιν τὸ τῶν Πυθαγορείων ἄγημα· ἐγὰ γὰρ ὡς κακίω γε αὐτὸ μεθεῖναί φησιν, ἐδὲ μεταγνὸς αὖτῦ. Quæ ideo deſcripſi, ut ex iis emendetur Euſebii Codex, qui pro ἥδε, ἥδη, pro ὡς κακίω, κακίᾳ, pro μεθεῖναι, minus recte habet μετεῖναι, & αὖτῦ perperam omittit. Neque hic ſolum, ſed alibi etiam in eo opere Hieroclem nobis, invito Authore, exhibuit Interpres Florentinus. ὅσον ἐπὶ τῇ γραφῇ τῦ φιλαλήθει παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖσον ἥκοντος, τόδ' ἀληθὲς μὴ τιμῶντος ξυγγραφέως. *Quatenus inquam colligere eſt de ipſo Philalethis authore eruditione quidem magna referto, veritatem ipſam probro afficiente.*

Ita

Ita ille, ut ſolet. Philalethis author certe erat Hierocles; at alius ὁ πρὸς τῷ Φιλαλήθει, alius Author Philalethis. Loquitur Euſebius de Philoſtrato, cui tam inſigne & doctrinæ & veritatis ſtudii teſtimonium dederat Hierocles; idque in hunc modum. Nos autem ſolam Philoſtrati Hiſtoriam inſpiciamus, ex qua oſtendemus Apollonium non inter Philoſophos, ne quidem inter mediocris bonitatis viros eſſe numerandum, nedum cum Chriſto comparandum, *quantum colligere eſt ex ſcriptis Hiſtorici, Philalethis judicio & eruditi, & veritatem colentis.* Ita interpretor, particula negationis μὴ deleta; tum quod ipſiſſima verba ſint Hieroclis, tum quod hæc ſequantur, τοιοῦτος γὰρ ἦν αὐτῷ μεθ' ἁπάντων ἄλλων καὶ ὁ Ἀθηναῖος Φιλόσοφος.

Neque vero Acciolus toties ſine ſocio erravit, eoque erudito. Meminit hujus Opuſculi Euſebiani Photius. Ἀνεγνώσθη Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἀνασκευαστικὸν βιβλιδάριον πρὸς τοὺς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Ἱεροκλέους λόγους: *Lecta eſt Euſebii Pamphili Confutatio brevis librorum Hieroclis de Apollonio Tyaneo.* Ita Andreas Schottus, hac Annotatione adjecta:

Sep-

Septem eos fuiſſe colligere licet ex libello Euſebii qui adhuc ſupereſt. Mirabar primo ſeptem libros contra Religionem noſtram ab Hierocle fuiſſe conſcriptos, cum Lactantius, qui eadem ætate vixit, duorum tantum mentionem fecerit: deinde vero obſtupui, cum vir doctus id ſe ex libello Euſebii collegiſſe profiteretur, qui τῷ φιλαλήθες λόγῳ ſemper, ac ſi unus tantum liber fuiſſet, meminit; & veriſimillimum eſt Hieroclem comparationem Apollonii Tyanei cum Chriſto noſtro, in uno tantum ex duobus libris, ut ante docuimus, inſtituiſſe. Neq; divinare poſſum unde eum numerum exſculpſerit Schottus, niſi forte locum paulo ante allatum ex Confutatione libri ſeptimi in animo habuerit, quo verſio Accioli Hieroclis Fragmentum male exhibet. Certe Euſebii Libellus, licet adverſus Hieroclem ſcriptus, in refellendis tamen Philoſtrati Fabulis verſatur, & octo ejuſdem libros ordine percurrit; imo quaſi Controverſiæ ſummam ex Philalethe tantum nominare contentus, orationem totam adverſus celebrem illum Sophiſtam & Hiſtoricum dirigit, ipſum vero Hieroclem

eo

eo tantum nomine poſtea, quod fidem tam lepidis fabulis haberet, obiter perſtringit. Atque hæc vera eſſe, tum ex verbis illis Euſebii, μόνην δὲ ἐπισκῆψόμεθα τῷ Φιλοστράτῳ γραφήν, tum ex diligenti collatione locorum ex Philoſtrato ὠτολεξεὶ adductorum, tum denique ex ipſo Libri titulo, ſecundum Codicem Regium à Cl. Holſtenio expreſſo, luce clarius conſtabit.

Neque vero mirum eſt Acciolum non vidiſſe quæ ſint Hieroclis, cum non videat quis fuerit. Oſtendimus ante è Lactantio fuiſſe eum *è numero judicum*; neque tantum Chriſtianorum perſecutioni præfuiſſe putandus eſt, ſed officium dignitatemq; Judicis prius quã adeo crudeliter barbareque ſævire Diocletianus inciperet, obtinuiſſe; quod hæc Lactantii verba non obſcure indicant, quibus Hieroclem ipſum affatur. *Tot ſemper latrones perierunt, & quotidie pereunt, utique multos & ipſe damnaſti.* Confirmat hæc etiam ſatis non ſemel Euſebius. Τῶν γὰρ ἡμῖν, inquit, διευκρινηθέντων, ὁμῶς τοῦτο Φιλαλήθως τὰ ἀνωτάτω τε καθ' ὅλων δικαστήρια διειληφότος· ἢ καλὰ

Xeu-

Χριστιανῶν βεβαία, καὶ ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ δοκεῖ, ἀκριβὴς ἐφ' ἑκάστῳ κρίσις φανερὰ καταστήσεται. *His itaq; ad diſquiſitionem collectis, ſatis puto conſtabit & Philalethis hujus indicia ſimul cuncta teſtimoniaque complexi, acre illud in Chriſtianos, rerumque omnium ut de ſe ait judicium conſultiſſimum.* Ita Interpres Florentinus. Rurſus Euſebius; Ταῦτα Ἱεροκλεῖ τὰ ἀνωτάτω καὶ καθόλου δικαστήρια πιστευμένῳ μετὰ πολλῆς ἀνετάσεως ἀληθῆ καὶ πρὰ εἶναι δοκεῖ: *Hæc ſunt quæ Hierocles pro veris habet, ille ſolertiſſimus in judiciis ſupra adductis ac undecunque in nos legendis excuſſor.* Ita rurſus Acciolus. Quis autem Oedipus hæc verſionis ænigmata interpretabitur? aut quid tanto molimine libri in linguam magis familiarem transferuntur, ſi Græca intellectu ſint facilia, Latina intelligi non poſſint? Quid enim aliud eſt τὰ δικαστήρια διειλημφὼς, quam Judex conſtitutus? quid τὰ δικαστήρια πιστευμένος, quam is cui concredita eſt poteſtas judicandi? Quæ ſi ſint τὰ ἀνωτάτω καὶ καθόλου, (aut enim pro τε, aut præter τε priori loco καὶ lego.) quid aliud quam immenſa, &

ſu-

ſuprema poteſtas, aut in ſuprema ſaltem curia denotatur? Quam autem poteſtatem Euſebius intelligit, utrum quod eſſet ἔπαρχος Ἀλεξανδρείας, ut ex Epiphanio docuimus, an δικαιοδότης, vel ἰδιῶτ λόγος, de quibus Strabo, non eſt hic differendi locus. Hæc enim ideo tantum adduximus, ut oſtenderemus, Euſebium vitio interpretis minus fuiſſe intellectum, neque Fragmentum Authoris noſtri, eo quod editum eſt, prolixius è libro adverſus Hieroclem eſſe expectandum.

Quoniam vero illius Opera in hoc ſecundo Volumine claudit hoc ἀποσπασμάτιον, finem etiam noſtræ Diſſertatiunculæ ſimul imponet. Quam eam ut poſtulatis Typographi tantum morem gererem primo aggreſſus ſim, ut lectori harum rerum ſtudioſo aliquo modo ſatisfacerem, eandem longius produxerim; ut reliquis ſtudiis, quæ me imperioſius avocant, vacem, filum ejus & craſſiuſculum, & jampridem nimis fortaſſe prolixum, hic abrumpam.

JOANNES PEARSONUS.

Errata ſic corrig e.

Prolegom. *pag.* 1. *lin.* penult. pro *contra cariorem*, lege *pretioſiorem*. *p.* 23. *l.* 15. pro 67. *ſive Hieracitarum*, lege 68. *ſive Meletianorum*.

EX D. AUGUST. LIB. V. *De Civ. Dei cap.* 10.

NUllo modo cogimur, aut retenta præſcientia Dei, tollere voluntatis arbitrium, aut retento voluntatis arbitrio, Deum, quod nefas eſt, negare præſcium futurorum. Sed utrumque amplectimur, utrumque fideliter & veraciter confitemur; illud, ut bene credamus, hoc, ut bene vivamus. Male enim vivitur, ſi de Deo non bene creditur. Ergo abſit à nobis Dei negare præſcientiam, ut liberi eſſe velimus, quo adjuvante ſumus liberi vel erimus.

M. Tullius Cic. hic naufragium fecit, qui in lib. de Div. Providentiam maluit tollere, quam delibare aliquid de humana libertate. Ita dum homines liberos fecit, (*inquit idem Præſul Auguſt.*) fecit ſacrilegos. *Idem tamen in Or. pro Ligario ait,* Neminem mirari debere, humana conſilia divina neceſſitate eſſe ſuperata. Hierocles *vero noſter removit ſe procul ab iſta Charybdi. Fati porro nomine uſus eſt in vera & ſana notione; pro æterno ſcilicet Providentiæ decreto, ſeu Sanctione & velut Voce divinæ mentis.*

FAB. *Quintil. l.* 12. *c.* 1. Multos non naſci, & egere omni ratione ſatius fuiſſet, quam Providentiæ munera in mutuam perniciem convertere.

ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΦΙ-

ΛΟΣΟΦΟΥ ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ καὶ εἱμαρμένης, καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν πρὸς τὴν θείαν ἡγεμονίαν συντάξεως. [κατ' ἐπιτομήν.]

Περιθεωρία τῆς Ἱεροκλέους πραγματείας.

Ἡ δὲ ἐπαγγελία τῆς παρούσης σκέψεως περὶ προνοίας διαλαβεῖν τὴν Πλάτωνος δόξαν καὶ Ἀριστοτέλους συνδιαπορουμένῳ. συνάπτειν γὰρ βέλει τοῦ ἀνέρας τὰς δόξας καὶ πάντα τῆς φιλοσοφίας δόγματα· ὅσοι δὲ αὐτοῦ διαφωνεῖν δοξάζουσι, τούτους εἰς τὰ μάλιστα πεπλανῆσθαι τῆς τῶν φιλοσόφων περιόδου, καὶ ἁμαρτεῖν τοῦ ἀληθοῦς ἀποτείνεται. τοὺς μὲν γὰρ εἰδὶ καὶ ἀπονοίᾳ σφᾶς αὐτοὺς *περιαναθέντας· τοὺς δὲ περιλήψει καὶ ἀμαθίᾳ δεδουλωμένους· καὶ πολλῶν τοὺς ἔμπροσθεν σῆσαι χρεών, μέχρι ἡ τοῦ Ἀμμωνίου σοφία διέλαμψε. τοῦτον γὰρ τὰς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν διαφερούσας δόξας, σύμφωνον ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις τῶν δογμάτων Πλάτωνός τε καὶ Ἀριστοτέλους τιθὼ

*ἴσ. περιαναφθέντας.

SUMMA COMMENTARII HIEROCLIS PHILOSOPHI DE PROVIDENTIA ET FATO, deque liberi arbitrii cum divina gubernatione convenientia.

Interprete Fed. Morello *Pariſ. Prof. Reg.*

PRopoſitum hujus diſputationis eſt comprehendere ea quæ de Providentia ex Platonis *&* Ariſtotelis *ſententia conſtare poſſunt apud eos qui utrumque Philoſophum ſequuntur. Nam* Platonicorum *&* Ariſtotelicorum *opiniones conciliare ſtudet* Hierocles: *quinetiam contendit eos omnes qui hos Philoſophos diſſentire inter ſe arbitrati ſunt longiſſime aberraſſe à ſententia utriuſque Philoſophi, & procul à vera ratione remotos fuiſſe: alios quidem, contentionis ſtudio & veſania inductos, ſemetipſos tantum conſuluiſſe; alios vero præſumptione animi & inſcitia adſtrictos fuiſſe; atque illos certe majorem choream conſtituiſſe, donec* Ammonii *ſapientia affulſit. Hic enim* Ammonius *cum veterum Philoſophorum opiniones perpurgaſſet,* Platonis *&* Ariſtotelis *mentem valde conſonam &*

Hierocles commentarii ſcopus.

Platonis & Ariſtotelis conſenſus.

Ammonii laus, ſcripta & diſcipuli.

τὴν γνώμην ἀποφῆναι. ἔ Πλωτῖνος καὶ Ἀμε-
λίους, ἔτι τε Πορφύριος καὶ Ἰάμβλιχος μαθη-
ταὶ γεγόνασιν. ἀλλὰ ταῦτα ὁ Ἱεροκλέης λόγῳ
σπουδάζων, καὶ παιδιὰ ζει μὲν ἐκείνους φιλο-
τιμεῖσθαι δοξάζειν· ἀνταγωνίζεσθαι δὲ πρὸς τοὺς
ἐσπουδακότας τἀναντία, Ἐπικουρείους τε καὶ Στωϊ-
κοὺς, καὶ ὅσοι Πλάτωνα μὲν ὑποδύονται καὶ Ἀ-
ριστοτέλην, ἐκ ὀρθῶς δὲ τὰ ἐκείνων εἰσηγοῦν-
ται. καὶ μὴν ὅσους ὁ τῆς ψευδηγορίας ἀνηρ-
τήσατο πόνος, διελέγχων ἄγει, φαλερὰν αὐ-
τὴν τὴν περὶ τῆς εἱμαρμένης ὑπόδεικνὺς δό-
ξαν, καὶ τὰς τὴν πρόνοιαν ἢ τὴν ὄντων ἀπο-
σκιάζειν τιμωρίας μηχανᾶσθαι φασὶν ἢ ἐπῳδαῖς;
ἴσ. καὶ τ'. * ταῖς ὁμοίαις τῶν λόγων βασάνοις. καὶ καθάπερ
λου φάναι, πρὸς τὰς ὑπολήψεις ἐνίσταται πά-
σας, ὅσαι τὴν θείαν ἐκ εἰς πρόνοιαν, ἢ εἰ μὲν,
φαύλως ἢ τὰς ἀμεταδεσέρους πείθουσι νομίζειν.
καὶ καὶ Πλάτωνα θεὸν αὐτὸν προϋφίστησιν ἡ
σκέψις πάσης ἐμφανοῦς τε καὶ ἀφανοῦς δια-
κοσμήσεως δημιουργόν· * ἵνα ὃν μηδενὸς ὑπο-
ἴσ. αὐ- κειμένης προαγαγεῖν τὸν τεχνίτην· ἀρκεῖν γὰρ
τήν. αὐτῷ εἰς ὑπόστασιν τῶν ὄντων τὸ οἰκεῖον βούλη-
μα. τῆς δὲ σωματικῆς ὑσιώσεως τῇ ἀσωμάτῳ
ζωτελαζομένης δημιουργίᾳ, κόσμον ἐξ ἀμφοῖν
τελεώτατον, διπλοῦν τε ἅμα καὶ ἕνα συνῆσαι, ὃν
ὡς ἄκρα καὶ μέσα καὶ τελευταῖα τὸ κοσμοποιὸν
σοφίαν καὶ φύσιν διακείναι. ὧν τὰ μὲν πρῶτα
λογικὰ

Ὅτι ἐλεύθερόν ἐστι κυρίως, πάλιν ἑαυτῆς, καὶ τοῦ ἑαυτῷ ἀμείνονα ἢ χείρονα ταῖς διαθέσεσιν ἀπεργάζεσθαι· κυριεύει μόνον ἕνεκα τῶν ὄντων, καὶ ἀποδεκτικὴ τῶν γινομένων. καὶ ὅτως ἀρετὴν ἢ κακίαν κτωμένη, τοῦ εὖ ἢ κακῶς ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐνεργείᾳ διατεθῆναι. τὸ γὰρ αὐτεξούσιον τοῦτο μόνον * ἐφ' ἡμῖν εἶναι δηλοῖ, τὴν μετάθεσιν ἡμῶν αὐτῶν πρὸς τὸ δοκοῦν ἡμῖν τὸ περικείμενον σῶμα λαβεῖν, καὶ τῶν ἐκτὸς, ἃ συμπεπλεγμένων τῷ αὐτεξουσίῳ. εἰ γὰρ τὸ λεγόμενον ἐφ' ἡμῖν παρῆν τὸν τιμὴν ἔχειν, ἐν ᾗ ἵδρυται, καὶ ὥσπερ ἐν ἀγροτείᾳ χώρᾳ γεώμενον, ἄλλα ἐπ' αὐτῷ εἶναι βουληθῆναι, οἷον τὸ σῶμα, ἢ τιμὴν κτῆσιν· μυρίων ἐναντιωμάτων πειράσεται, μὴ τοῦ συνεργοῦντος αὐτῷ τῶν πραγμάτων, καὶ μυρίων δεήσει (τῶν) συνεργούντων, εἰ μέλλοι τι τούτων τοῦ νοῦ αὐτῷ γενήσεσθαι. τὸ δὲ τὰ ἐναντιούμενα μὴ συμβαίνειν, καὶ τὰ συνεργοῦντα, οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἀγαθῆς τινὸς καὶ μακρᾶς ὑποθέσεως, καὶ τῆς ἑπομένης ταύτῃ τάξεως, ἣν ἡ εἱμαρμένη συντελεῖν λέγεται, κείσεις θεῖα ἔνια ἐν τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν, πρὸς τὸν τιμὴν ἀξίαν ἀμοιβὴν τῶν ἐφ' ἡμῖν. ὁ γὰρ αἱρεῖται τὸ αὐτεξούσιον τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς, εἰ τὰ ἐκτὸς αὐτῆς ὅπῃ τοῦ θεοῦ εἶη διανέμειν, καὶ ἀποδιδόναι ἑκάστῳ πρὸς τιμὴν ἀξίαν τῶν διαθέσεων. μᾶλλον γὰρ πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν αὐτοκινησίας ἡμῶν ἡ προνοητικὴ εἱμαρμένη δεῖται· ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἔσῃ δικαίᾳ ἢ ἀνισ-

* al. ἐν.

τίς ἢ εἱμαρμένη Πλάτωνα.

σ

Cur res humanæ non fluant ex voto.

LIbera voluntas in nullum habet imperium, præterquam in ſe, utque ſeipſam meliorem pejoremve affectionibus reddat, res ſolum judicans externas, factaq; recipiens. Quo fit, ut pro virtutibus aut vitiis acquiſitis, bene aut male in ſuis actionibus dirigatur. Libertas enim hoc ſolum penes nos eſſe demonſtrat, nimirum ut nos applicemus, prout viſum fuerit, vicino corpori, externiſque rebus, quæ libera minime ſunt. Si enim arbitrium (quo de hactenus) eſſentiam, in qua ſitum habet, tranſcenderet, ac veluti in aliena regione alia penes ſe eſſe vellet, verbi gratia, corpus, aut poſſeſſionem: ſexcenta adverſantia haberet, rebus ei ex animi ſententia non ſuccedentibus, infinitiſque auxiliantibus indigeret, ut aliquid ex voto flueret. Non eſt autem in noſtra manu poſitum, ne nobis adverſa accidant, aut ut auxiliantia nanciſcamur, ſed alicujus alterius in poteſtate eſt; longeque antea propoſiti, & qui hoc conſequitur, ordinis: quæ Fatum complere dicitur. Quod Fatum divinum quoddam eſt judicium in iis quæ in noſtra poteſtate non ſunt, ad juſtam eorum quæ in noſtra ſint poteſtate, mercedem. Non enim arbitrii tollitur libertas, ſi penes Deum ſit, externa prout vult diſtribuere, ac ſingulis pro meritis præmia dare. Maxime enim ad virtutem aut vitium libertate noſtra providens Fatum indiget, alioqui juſta non eſſet inæqua-

lis

σθ διανομὴ, μὴ ὑποθεσιν λαβοῦσα τὸ ἡμέτερον αὐτεξούσιον.

Ὅπου γὰρ τῷ τέλει τοῦ Τιμαίου ὁ Πλάτων, φησὶ, περὶ σωματικῶν παθῶν διαλεγόμενος, καὶ τὰ τούτων θεραπείας, καθάρσεσι φαρμακώδεσι καὶ παραρρεύσει χρῆσθαι παρεχόμενος, διὰ τὸ δεῖν ἀφιέναι τὴν τοῦ φύσιν τῶν νοσημάτων πάντων, καὶ μὴ τοῦ βιαίοις ἐκτομαῖς πολλαπλάσια ταῦτα ἀπεργάζεσθαι, καὶ ὅτως ἐκ πάνυ ἀκολάστου περιὼν, ἑκάστην νόσῳ χρόνον τινὰ φύσει τεταγμένον ὑποφαίνῃ, τῇ τοῦ ζώων συστάσει ἀνάλογον· ὧν ἡ σωφροσύνη καὶ τεταγμένως, (ὡς) φησὶν, ἔχουσα τὸν βίον τοὺς χρόνους καὶ τοὺς γήρους. οἷς, ἵππος μὲν τοσάδε ἔτη ζήσεται τὸ μήκιστον, βοῦς δὲ τοσάδε καὶ οὐδένα πλέον, οἷον· ὁ δὲ ὁ βοῦς συσταίη ἔτη δέκα, εἰ μὴ θεῖον, ἢ *ἀνάγκη ἔξωθεν συμπεσοῦσα πεῖσαι αὐτὸ παρανέλπιστον. εἰ γὰρ ἐκ φύσεως ἀφωρισμένον χρόνον τινὰ ἑκάστῳ, μέχρις οὗ δυνατὸν ἔστιν ἐξαρκεῖν τὴν σύστασιν, καὶ οὐκ εἰς τὸ πέραν ἐκ ἂν ἔτι βιῴη. μὴ πάντως δὲ πάντας πρὸς τὴν δυνατὴν τῆς συστάσεως ἀφικνεῖσθαι χρόνον. διὰ τὰς ἔξωθεν βιαίους ἐπιφορὰς· ὡς ἐπὶ μὲν τῆς πρόνοιαν διαλάθοι ἔφαμεν, οὐδὲ τῶν ἀλόγων ζώων ὡς ἔτυχεν ἐπισυμβαίνειν. μὴ γὰρ ἀνάγκη (εἶναι), ὡς ἐπ' ἀνθρώπων, ὅτῳ καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων, ἢ τῆς φυτῆς, ἢ τάξιν τῆς θανάτου φυλάττεσθαι πρὸς τὴν ἀξίαν ψυχῆς ἀποδεδομένην· ἐπεὶ μηδὲ ὁμοίως ἡμῖν ἐκεῖνα εἰς τὸν βίον παρέρχεται. ἡμεῖς μὲν γὰρ κείσει δικασθῶν δαιμόνων πρὸς τὰ πεπραγμένα (ἡμῖν) ἀξίαν λαγχάνομεν ἕκαστος βίου· ὧν ᾧ πάντα σωτήρια, θεὸς πόλις, πατὴρ, μήτηρ, καιρὸς ἀποκτήσεως, σῶμα τοιοῦτον δὲ, *ἀναφοραὶ, καὶ τύχαι πάντοθεν τῷ βίῳ προσήκουσαι, ὅπως τοῦτο, καὶ χρόνος ἀποτεταγμένος.

* ἀνατροφαί.

lis illa rerum diſtributio, niſi occaſionem ei arbitrium noſtrum præberet.

Plato in extremo *Timæo* de corporis diſſerens affectionibus, earumque curationibus, vetat iis uti temere purgationibus, quas medica ars adhibet, quod naturalem morborum maturitatem exſpectare, ne ſectionibus violentis illi augeantur, oporteat. Et ſic ſerie quadam procedens, ſingulis morbis tempus aliquod à natura præſcriptum, ab ſimili animalium compoſitione oſtendit, quorum congreſſus ordinate fit, vitæ continens tempus, atque in ſuo quæque genere. Verbi gratia, equus quidem tot annos vixerit diutiſſime, bos autem tot, & ſic de cæteris; ut bos decem vixerit annos niſi fera, aut alia aliqua externa calamitas accedens prius illum necarit. A natura enim ſingulis præfinitum tempus eſt, ad quem terminum, nec ultra, perveniri poteſt. Non omnes autem ad terminum uſque pertingere poſſunt, impediente extrinſecus caſu aliquo violento, quem Dei erga nos Providentiam ordinare, in brutis autem fortuito accidere, diximus. Neque enim mortis ratio, juxta cujuſque merita attributa, eodem modo eſt metienda, quo brutorum ac plantarum interitus, quando nec illa eodem quo nos modo naſcuntur. Homines enim parentum meritis, Deorum judicio generantur, vitamque accipiunt qua hæc continentur, natio, civitas, parentes, natalis dies, corpus denique, & educatio, Fortunæ bona ad vitam tuendam, mortis genus, tempus deſtinatum,

μένῳ· καὶ τούτων ἁπάντων φύλαξ καὶ ἀπαλλαπρωτὴς ὁ εἱλικρὼς δαίμων ἔσηκεν. ὧν ἕδρᾳ ἐπ' ἐκείνων θεωρεῖσθαι πέφυκε. τὰ γὰρ τῇ λογικῇ οὐσίᾳ ὡς λογικῇ προσήκοντα, τὰ ἀλόγου φύσεως *παντελῶς ὄζειν ἀμοιρεῖα. ἃ δίκαιον ἂν εἴη, τὰ αὐτῆς ἀξιοῦσθαι προνοίας λογικῆς καὶ ἄλογα. ἀλλ' ἐκείνων μὲν τῶν κατ' εἶδος σώζεσθαι, τὰ ἀρχικὴν ἔχειν πρόνοιαν· τοῦτο γὰρ μόνον ἀδύνατον, καὶ ἀεὶ τὸ αὐτὸ διαμένον· ἡμεῖς δ', εἰ μὴ καθ' ἕνα ἕκαστον προνοησόμεθα, ὥστε μηδὲν ἀλογίστατον εἶναι τῇ προνοίᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς, τῆς προσηκούσης ὕπο τυγχάνομεν κηδεμονίας. χρέπει δὲ τοὺς πρὸς ἀρετὴν ὠφελιμένους τοσούτους ὑπὸ τῶν δημιουργῶν, ἑπομένους τῇ ἀπ' ἐκείνου γνώσει, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον τῆς προνοίας αὐτῶν μεταλαγχάνειν. ἃ γὰρ δὴ μίαν εἰργάσατο ψυχὴν, ἕκαστον ἡμῶν ὡς ἔτυχεν ἀπὸ ταύτης ὑπομειοῦσθαι, καὶ πάλιν εἰς ταύτην ἀναχωρεῖται· διὰ ἑκάστην ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἰδίοις ὅροις περιγεγραμμένην ὑφέστηκε. διὸ καὶ ἑκάστης ἐστὶ πρόνοια, καὶ κρίσις, καὶ δίκη, καὶ κάθαρσις, καὶ εἰς γνῶσιν ἔκπεμψις, καὶ βίου λῆξις προσήκουσα, καὶ τελευτὴ ἐκ ἀπὸ ταὐτομάτου συμβαίνουσα, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν εἰς ᾅδου πορεία μετὰ ὑγιεμόνος, τοῦ τὴν ζωὴν ἡμῶν εἱλικρότος δαίμονος. ὅτι μὲν οὖν τῶν ἄλλων ζώων καὶ φυτῶν, καὶ περαιρέσεις ἡμέτεραι, καὶ ἀλληλοφαγίας ἀναγκαῖαι χρεῖαι, παντοῖαι καὶ τυχερὰ συμπλοκαὶ ἀμβιάζονται ἕκαστα * περὶ τῆς κατὰ φύσιν, * διαλύσεως ἀτάκτως καὶ ἀοιρίστως φθείρεσθαι· * ὥστε περιβεβιωμένων αὐτοῖς δίκης * ὑφεσώσης, μήτε ἐφ' οἷς τυγὶ ποιοῦσιν ἢ πάσχουσι κείσεως προσδοκωμένης. ὅτι δὲ ἀνθρώπων,

* al. παντελὲς ὡς.

* al. πρὸς τήν.

* διάλυσιν.

* ὡς μήτε.

* al. ὑφεσώσης.

ſtinatum, horumque omnium cuſtos ac miniſter Genius: quorum omnium brutis nihil accidit. Nam quæ ratione præditis, qua prædita ſunt, accidunt, ea omnino à brutis aliena ſunt. Non igitur æquum eſt eandem rationem haberi animalium Rationis expertium, atque ea præditorum. Siquidē illa Providentiæ tantum adipiſcuntur, quantum ad ſpeciem conſervandum ſatis eſt, quæ æterna eſt & immortalis: niſi animo providentiam ſingulatim experiamur, ut nihil non ab ea regatur, non debita erga nos ſollicitudo apparebit. Decet enim nos à Deo certo aliquo ac definito numero conditos, juxta ortus productionem Providentiam ejus ſingulatim ſortiri. Neque enim unicam condidit animā Deus, à qua ſingulæ partem mutuarentur, aut in quam viciſſim reſolverentur; ſed ſingulas animas terminis ſuis circumſcripſit. Quamobrem etiam ſingularum eſt Providentia, & judicium, & pœna, & expiatio, & ad Orcum miſſio, vitæque terminis conveniens, mors quoque non fortuita, & poſt mortem ad inferos cum Genio qui nobis obtigit deſcenſus. In brutis vero ac ſtirpibus, cum quod ab humana pendeant voluntate, tum quia invicem ſe devorant neceſſitate adacta, denique ob varios ac fortuitos caſus, fit ut ſine ordine ac termino ante tempus à natura præſcriptum, extinguantur, ut nulla iis conſtituta ſit pœna, neque ratio reddenda eorum quæ in vita egerunt, aut perpeſſa ſunt. In ho-

ἀνθρώπων, * δεσμοὶ προνοίας, καὶ δαιμόνων κεί-
* al. Δεσμός. σεις, καὶ βίων κλῆροι, καὶ παλαιῶν ἁμαρτημάτων
ἀμοιβαὶ, τά τε ἄλλα, καὶ τὰς καιρὰς, καὶ τὰς
τρόπους τῆς τελευτῆς ἀφορίζουσιν· ὥστε καὶ τὰ
ἀπὸ προαιρέσεως ἐνεργούμενα, καὶ τὰ ὡς ἔτυχε
δοκοῦντα συμπίπτειν, πρὸς τὴν ἑκάστου ἡμῶν εἱ-
* ἀτα- μαρμένην συνείρεται, καὶ τὴν * ἀξίαν ἀποπλη-
ξίας. ροῦσι λόγον· ἀεὶ γὰρ παρηκολουθότων τοῖς ἐφ-
εξῆς τὴν αἰτίαν τῆς συμβάσεως παρεχομένων,
καὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν τὰς μὴ ἐκ ἐφ' ἡμῖν πεισάσεις
ἐφελκομένου, τῷ τὰς ἀνθρωπίνας προαιρέσεις
τοῖς εἱμαρμένης ἀπαθωτάτοις νόμοις, ὃς ὁ δη-
μιουργὸς ἔταξε ταῖς ψυχαῖς. λείπει.

ΤΕΛΟΣ.

minibus Providentiæ leges, Deorumque judicia, vitæque conditiones, & male ante-actæ vitæ pœnæ, cum illa omnia, tum tempus, mortisque genus definiunt; ut quæ libere sunt acta, vel fortuito accidisse visa sint, cum cujusque Fato conjungantur, & pœnam meritorum impleant, dum ante-actæ vitæ sequentia respondent, & ea quæ in nostra potestate sunt, eorum quæ non sunt in nostra potestate necessitatem attrahunt. Quo fit, ut humanæ voluntates Fati legibus, quas conditor Deus præscripsit, regantur.

FINIS.

LILII GREGORII GYRALDI FERRARIENSIS AD ILLUSTR. JOAN. THOMAM PICUM MIrandulam, Philoſophi *Pythagoræ* Symbolorum interpretatio.

Præfatio.

SCribit *Lyſis Pythagoricus* in quadam ad *Hipparchum* epiſtola, eos qui corruptis obſcœniſque moribus ſermones divinos & præcepta immiſcent, non ſecus omnino facere, quam ſi quis cœnoſo puteo limpidiſſimam infundat aquam, quæ & cœnum ipſum putei conturbet, & ſuum contaminet nitorem. Qua puto ratione factum, ut antiquiſſimi illi poetæ, qui & theologi vocati ſunt, omnis (ut ſic dicam) ſapientiæ antiſtites, res ideo divinas & naturales fabularum quibuſdam figmentis involutas cecinerint: quod in Dialogis de Poetis, pluribus, ut ſpero, oſtendemus. Hos poetas imitati ſunt, qui religiones, novaſque leges, vel ipſi primi inſtituerunt, vel à Deis immortalibus acceptas, mortalibus attulerunt, vel poſuerunt. Nam & ipſi obſcuris plerumque opertiſque ſermonibus uſi ſunt, adeo ut nec ænigmatum involucris, metaphoriſque ac parabolis, quas vocamus, & iis interdum longe repetitis abſtinuiſſe videamus. Quem ſane loquendi morem, ut jam vetuſtate deſitos mittamus, *Zoroaſtres*, *Zamolxis*, *Zaleucos*,

leucos, *Dardanos*, *Charondas*, *Numas*, aliosque; nonne & *Magmed*, quem vulgo *Mahometen* vocamus, cum in ſuo Dialogo, tum in eo etiam quem à Deo ſibi datum ſuis perſuaſit, Alchorano uſurpaſſe videmus? Sed &, ſi inter impios memin ſſe licet, nonne *Moſem*, cæteroſque Hebræorum vates, qui Græca voce prophetæ dicuntur, iis ſæpe uſos eſſe conſpicimus? & parcius quidem CHRISTUM Deum, Dominum & Servatorem noſtrum? Nam ut ſancte impius tamen ipſe, *Julianus Cæſar* ait; Amat Divina natura celari, & abdita ejus ſubſtantia non patitur nudis verbis in aures introire pollutas. Quin eadem ratione *Maternus Firmicus Mavortium Lollianum* his verbis obteſtatur, in ultima ſui voluminis parte: Celari, inquit, & abſcondi plurimis tegumentis natura Divinitatis ab initio voluit, ne omnibus facilis eſſet acceſſu, neve cunctis patefacta Majeſtatis ſuæ origine panderetur. Hinc inprimis *Pythagorici* & *Platonici* ænigmatis ſymboliſque uſi ſunt, quia ſciebant Deo naturæque inimicam eſſe nudam apertamque expoſitionem: qui ſicuti vulgaribus hominum ſenſibus, ut *Aur. Macrobius* ait, intellectum ſui vario rerum tegmine operimentoq; ſubtraxit; ita à prudentibus arcana ſua voluit per arcana tractari. Sic ipſa myſteria figurarum quaſi cuniculis operiri volebant, ne vel hæc adeptis, nudam rerum talium ſe divina natura præberet, ſed ſummatibus tantum viris ſapientia interprete, veri arcani conſciis, contenti ut ſint reliqui ad venerationem, figuris & involucris defendentibus, à vilitate ſecretam. Quare *Numenius* philoſophus curioſior, offenſam pertulit numinum, quod ſacra *Eleuſinia* interpretando vulgaverit. Viſum enim ei fuit in ſomnis, videre Deas ipſas habitu meretricio in fornice proſtantes. Id cum, mirabundus quid id eſſet, percunctatus fuiſſet: ei reſponſum fuit, Ipſas Deas iratas, ab ipſo pudicitiæ adyto

vi abſtractas, paſſimque ab eo proſtitutas. *Pauſanias* quoque ait, ſe prohibitum eadem ſacra *Eleuſinia* in ſua hiſtoria vulgare. Quare minus mirum videri poteſt, ſi *Theodectes* poeta oculis captus fuiſſe dicitur, cum Hebræorum quædam ſuis carminibus arcana profanaſſet, & publicaſſet. & ſi *Theopompus* hiſtoricus, ut *Ariſteas* ſcribit, ſe dixit ſupra 30. dies mentis turbatione correptum, quòd ex Judæorum lege ſecretiora quædam in ſuis hiſtoriis transferre conatus eſſet : ſed cum per morbi intervalla Deum imploraſſet, ei per ſomnium demonſtratum, id ſibi ideo contigiſſe, quod divina in vulgus transferre tentaſſet. Hinc ergo factum reor, ut in prodendis ſacris, vel Deorum vel naturæ arcanis, magni illi inter ſcriptores heroes, tenebris plerumque plus quam *Cimmerijs*, flexuoſiſque mæandris, & (ut ſic loquar) labyrinthis uſos eſſe videamus. Quin & hæc ſacra ſymbola vocat divinus *Areopagita Dionyſius* : eademque de cauſa à doctiſſimis quibuſdam triplex Theologia dicitur, Symbolica, Myſtica, & Teleſtica. Sed de his ſatis in præſentia : neque enim de divinis, ut recte monet *Pythagoras*, ſine lumine loquendum. Rectius vero, *Pice*, de his, quæ etſi à noſtra religione aliena, nonnihil tamen inſtitutionis ad bene beateque vivendum afferre poſſunt ; atque inprimis de *Pythagoræ* ſymbolis agemus, quod ea noſtro de ænigmatis libello ſatis convenire videntur.

Iamblichus ex *Chalcide Syriæ* philoſophus, θεῖος, hoc eſt divinus cognominatus, inter alia multa, quæ in omni philoſophia monumenta reliquit, de ſecta & vita *Pythagoræ* libros edidit, in quibus *Pythagoram* ait, graphis & ænigmatis, quæ Symbola dicuntur, uſum fuiſſe. idem ſcribit *Demetrius Byzantius*, & *Naucratica Athenæus* : idem *Olympiodorus*, & *Hierocles*, & *Cyrillus*, *Alexandrini*, & in iis quæ contra *Ruffinum* noſter ſcripſit

Hie-

Hieronymus. Idem & *Porphyrius* philoſophus, in iis libris quos de vita *Pythagoræ* ſcripſit. Quo fit, ut tantorum virorum exemplo ac auctoritate monito, meo Ænigmatωn libello addere placuerit, quæ de Symbolis *Pythagoricis* vel legi, vel ipſe excogitavi: idque in libelli alterius formam redactum, ad te ſimul cum altero, *Pice*, mittere.

Pythagoras igitur, qui vulgo quidem *Samius*, à pleriſq; *Syrius*, ab aliis *Tyrius*, à Græcis quibuſdam *Tyrrhenus*, à nonnullis (ut ſcribit D. *Ambroſius*) ab *Hebræis* originem duxiſſe exiſtimatus eſt: & perinde etiam, ut ait *Theodoretus*, à circumciſione non abſtinuit, ab *Hebræorum* prophetis, & inprimis à *Moſe*, multa deſumpſiſſe facile videri poteſt: id quod & *Joſephus* contra *Appionem*, & *Ariſtobulus* philoſophus Peripateticus, *Hebræi*, & *Euſebius* & *Hieronymus* Chriſtiani, prodidere; quod nec negat *Iamblichus*, & aperte oſtendit *Hermippus*, diligentiſſimus hiſtoriarum perſcrutator, in primo de *Pythagora* libro. *Pythagoras* (inquit) diſcipulorum uno vita functo, nomine *Chalciphonte Crotoniate*, illius animam dicebat ſecum eſſe die noctuque, ſibique præcipere, ne tranſiret de loco, unde aſinus onus portaret: & ab aqua fæculenta, omnique blaſphemia & calumnia abſtineret. tum ſubjungit; Hæc autem agebat atque dicebat, *Judæorum* & *Tarſenſium* ſententias ac opiniones imitatus. Hæc *Hermippus*. Sed iſta nos toto libello plenius oſtendemus. Atque ideo mirandum magis, id *Lactantium Firmianum* fugiſſe, virum eloquentiſſimum pariterque eruditiſſimum: quippe qui palam neget, *Pythagoram* apud *Hebræos* unquam diverſatum. Igitur, ut inſtitutũ ſequar, cum auditores ille ſuos, quorũ civiles alios & extrarios, hoc eſt, πολιτικὰς & ἐξωτερικὰς appellare cõſuevit; alios intimos & ſanctos, h.e. ἐσωτερικὰς & Ϛαϛατικούς; alios mathematicos & phyſicos, aliiſq; nominibus

nibus, ut apud *Iamblichum* & *Suidam*,& ab his diverſa apud *Gellium* legimus:cum inquam ille ad bene beateq; vivendũ inſtitueret, ſententias quaſdã perbreves, diathecas àGræcis dictas,illis occultius proponebat,quibus eorum mentes à cogitationũ intentione ad tranquillitatem traducebat. Harum quidem aliæ Aurei verſus dicuntur, hoc eſt χρύσεα ἔπη, & quæ à *Philolao*, ut à pleriſque creditur, *Pythagorico* carmine compoſitæ ſunt, & cum ab aliis, tum præcipue ab *Hierocle Alexandrino* philoſopho interpretatæ: aliæ obſcuriores & ænigmatis ſimiles, Symbola dictæ, quaſi notæ & ſigna, & ſuæ quædam philoſophiæ ac diſciplinæ indicia, vitæque puriter & ſancte degendæ. Hæc,inquam, ſymbola antiquis *Anaximander Mileſius*, is qui junior dictus eſt, & *Alexander Polyhiſtor*, interpretati ſunt: quorum, quod ſciam, interpretationes ad nos non pervenerunt. *Plutarchus* quidem, & *Athenæus*, & *Laertius*, aliique ex parte & hinc inde interpretati ſunt: ſed noſtro tempore *Germani* duo, viri doctiſſimi, id quidem potius incepere, quam perfecere; *Eraſmus* videlicet *Roterodamus*, & *Joan. Phorcinus*. nam ante hos ex noſtris ſenior *Beroaldus*, pauca quædam ſuo quodam libello collegit. Quamobrem nos in iis impares licet, tibi majore cura & ſtudio ea ipſa nunc ſymbola exponere tentamus.

Symbola utique *Pythagoras*, ut in *Sympoſiacis Plutarchus* ait, à *Tyrrhenis* accepiſſe creditur, apud quos & natus & enutritus exiſtimatur. Quin eorum nonnulla id palam oſtendunt, quæ & *Plutarchi* ætate, & noſtra quoque, apud *Tyrrhenos* ipſos in uſu eſſe videmus Ea tamen, ut ſcribit *Iamblichus*, ab *Ægyptiis* potius imitatus accepit. eo enim genere *Ægyptii* occulta naturæ myſteria ſignificabant. Nam ut alio in opere idem oſtendit *Iamblichus*, *Ægyptii* per lutum mundi

mundi corpus materiamque genitabilem intelligebant: per loton vero aquaticæ arbori insidentem, Deum ipsum principatum rerum omnium tenentem, nec ipsum teneri significabant: ea quando arbor est lotos, quæ omnia rotunda habeat, tum folia, tum fructus. ex qua re & significari putabant mentis actionē in orbem sese moventis, per eadem videlicet, & eodem sese modo habentis. Deum quoque per navis gubernatorem intelligi volebant, qui mundi totius curam & administrationem continue gerat, eique provideat. Sed enim & Cyrillus *Alexandrinus*, de hujuscemodi *Ægyptiorum* symbolis, in eis quos contra *Julianum* Cæsarem libris, ita propemodum: *Ægyptii*, inquit, Deum significare volentes, summam scilicet, & quæ super omnia est naturam, pingebant oculum, cui & baculum substituebant: ut per hoc intelligatur, quod omnia videat, & sit ei etjam regia dignitas. nam sceptrum fere semper regis intelligitur symbolum. Quamvis etiam per stantem baculum idem significatur, quod nullo modo divina natura corrumpi & labefactari possit, sed semper stare, & quodammodo sustinere & fundare omnia dicatur. Dicuntur & iidem aspidem fingere in figuram cœli, eo quod in circulum feratur. Iidem serpentem in figuram temporis, eo quod longus sit, & multis spiris ac voluminibus sese regyret, repatque absque strepitu. Insuper & furorem & iram ænigmate quodam declarantes, craticulam effingebant, cui ignis subjectus esset, & cor illi superimpositum. Sed satis in præsentia de his *Ægyptiorum* arcanis, quantum scilicet ad Symbola pertinet. Alii plura ex *Chæremone* philosopho, itemque *Hero*, & *Philippo* qui eorum transtulit: & post hos *Picurius* noster, qui Hieroglyphica *Ægyptiorum* est exsecutus. Sed nec *Hebræi*, nec *Chaldæi* symbolis abstinuerunt. Hujusmodi quidem multa apud *Mosem Solo-*

monemque

monemque & *Hebræorum* cæteros vates legendo offendes, à quibus *Pythagoras* ipſe (ut paulo ante dixi) multa decerpſit. Quin & probati quidam ſcriptores, *Solomonis* quæ Parabolæ dicuntur vulgo, ſymbolorum nomine nuncupant. Ab *Hebræis* quidem & *Ægyptiis* *Rhuelin* exiſtimat *Pythagoram* ſymbola ſumpſiſſe. De *Chaldæorum* vero ſymbolis cum alii, tum multa *Pſellus*, in his quæ *Zoroaſtris* magica oracula ſeu *Chaldaica* vocantur: quin & *Clemens* in Stromatis, & *Cyrillus*, itemque *Porphyrius*, *Pythagoram* ſcribunt æmulatum fuiſſe *Zoroaſtrem*. Sunt autem ejuſmodi *Chaldaica* ſymbola, ut eſt hoc; Quære paradiſum, hoc eſt, Ζήτησον παράδεισον: quod *Pſellus* interpretatur, Paradiſum eſſe dicens omnem divinarum virtutum chorum, & cætera quæ ſcribit ad ſimilitudinem *Moſaici* paradiſi, non ſolum ipſe, ſed & *Magmed* in ſua impia illa theologia. Item illud, φλογίνη ῥομφαία καὶ στρεφομένη, hoc eſt, flammeus gladius & verſatilis: quod & *Pſellus* idem ſic exponit; Implacabilis virtus, immitiſque poteſtas, his qui indigne ingrediuntur paradiſum: qua de re tamen longe plura *Philo Alexandrinus*. *Chaldæum* & iſtud eſt, Materiæ ſtercus igne cœleſti abſumamus: quod ſic Græce, Ὕλης βυσσὸν πυρὶ θείῳ ἀνδαπανήσομεν. hoc eſt, ut idem *Pſellus* exponit, divino lumine corruptibilem & ſordidam hominis partem eluamus. De his vero *Chaldæorum* ſymbolis, liber curioſa quadam doctrina refertus apud *Græcos* exſtat mancus, apud *Chaldæos* vero copioſior & abſolutior. Placet & hoc tibi loco *Zoroaſtris* ſymbologicon illud de anima adferre, quod illius eſſe *Chaldæi* interpretes adſerunt: Animam ſcilicet alatam eſſe; cumque alæ excidunt, illam in corpus præcipitem ferri; tum demum illis ſubcreſcentibus, ad ſuperos revolare. Eum autem diſcipulis percunctantibus, quo pacto alis bene plumantibus volucres animos ſortirentur;

tur? Irrigetis, inquit, alas aquis vitæ. Iterum ſciſcitantibus, unde has aquas peterent; illis per parabolam reſpondit: Quatuor fluviis Dei Paradiſus abluitur & irrigatur, inde vobis ſalutares aquas hauritis. nomen fluminis quod eſt ab aquilone, quod rectum denotat: quod ab occaſu, quod expiationem: quod ab ortu, quod lumen: quod à meridie, quod nos pietatem interpretari poſſumus. Et hæc quidem *Zoroaſtris*. Porro fluviorum nomina *Hebræa* hæc ſunt: *Phiſon*, qui eſt *Ganges*: *Geon*, qui eſt *Nilus*: *Chiddechel*, qui eſt *Tigris*: & *Perath*, qui eſt *Euphrates*, ut interpretatur *Hieronymus*. Sed enim & præter quas nominavimus, aliæ etiam gentes ſua ſymbola habuere, non *Græci* modo, ſed & *Romani*: quibus inter alia, ne ſingula enumeremus, papaver fertilitatis & urbis ſymbolum fuit: connubii, malum cydonium: fructuum, *Adon*: libertatis, *Liber* pater: florum, *Atys*: ſpuma, genituræ: *Satyrus*, libidinis: atque hujus generis multa, quæ *Plutarchus* & *Euſebius* collegere. Non id tamen miſſum fecerim, quod ab *Euſtathio* in *Dionyſium* proditum eſt, *Ammonem* in *Libya*, oracula per ſymbola tantum reddere ſolitum. Nunc & tibi breviter, quid ſymbolum ſignificet, abſolvam. Symbolum igitur, quoniam deductum eſt παρὰ τὸ Συμβάλλομαι, ἢ Συμβάλλω, quæ verba apud Græcos diverſa ſignificant, ideo & ipſum diverſa & varia ſignificat, quæ à Græcis & Latinis grammaticis collecta ſunt. Nam & interdum collatio illa eſt, qua plures quid in unum conferunt ad celebranda convivia, & ipſum etiam interdum convivium: quomodo apud nos *Terentius* & *Plautus*, & alii. tametſi quidam fœmineo genere ſymbolen hoc ſignificatu potius malint dicere. Ἔεανον dixit *Homerus*, & *Heſiodus*, & ab his alii plerique. unde eum Aſymbolon dicere conſuevimus, qui conviva nil confert, admittitur: quam vocem etiam ad alia cum

Latini

Latini tum Græci tranſtulerunt. Symbolũ etiam interdum eſt ſignum, quod vel epiſtolis, vel vaſis imprimitur, ne reſignetur à quibus non oportet. Significat præterea bellicum ſignum, & teſſeram, quo in bello uti conſuevimus. Aliquando inſuper indicium ſeu conjecturam, qua aliquid prænoſcimus. & ab hoc ad varia transfertur. Nam & annulum nuptiarum ſymbolum dicitat: item nummum ſeu nomiſma, ut ſit civitatis vel principis indicium. nunc etymologiam, ſeu argumentum ſymbolum ſignificat, nunc augurium & vaticiniũ. quamobrẽ Græci quidã ita ſymbolũ definiunt, ut id ſit quo aliquid conjectamus & cognoſcimus; hoc eſt, ut eorum verbis utar, Σύμβολόν ἐστιν ἐξ ὧν ἔστιν ἡμᾶς συμβάλλειν καὶ γινῶναι. Differre autem dicunt à τεκμηρίῳ, hoc eſt conjectura, quod hoc naturale eſt, ut lac in puerpera, fumus ex igne: ſymbolum vero, quod non à natura, ſed poſitione fiat. Hic mitto quæ *Moſchopulus* multa hac de re. Sed ut urbium & legum ſymbola Græci poſuere: ita & ſententiarum arcanarum, myſticarumque rerum. quare *Ruffinus Aquilienſis*, Apoſtolos ait ea ratione ſua ſymbola poſuiſſe, quibus, quod eorum quiſque de religione ſentiret, in medium & in unum contulere. Pari modo & *Pythagoricorum* ſymbola fuerunt, quibus arcano ſenſu & myſtico breviſſime quid præciperetur oſtendebant. Hic plura non inculco, quæ ab aliis in medium ſunt adlata. Illud tantum non omiſerim, Symbolorum id propriũm eſſe, ut mæandris obſcuriſque ſententiarum involucris involvantur: quod in iis mire eſt obſervatum, quæ ſine controverſia *Pythagorica* ſunt. Nam, ut videbis, aliqua ſunt, quæ quoniam ea non ſunt ratione conſcripta qua cætera, propterea pleriſque dubitatum an ſint legitima. Illud quoque *Demetrius Phalereus* in ſymbolis attendendum ait, ut cum gravitate & brevitate quadam plurimum ſenſus ſub his intelli-

telligamus. Dat ille exemplum, ut ſi dicamus, Humi nobis cicadæ canunt: cum intelligamus, Arbores nobis exciſas eſſe. Eſt ergo ſymboli propria & peculiaris brevitas cum gravitate quadam, quæ plura uno ſignificatu comprehendat. Sed nec minus illud attendere oportet, quod eſt à *Plutarcho* traditum: pleraque eſſe in ſymbolis, quæ prohibita videri poſſint, quæ ab ipſis tamen *Pythagoricis* nec averſata nec formidata ſunt, verum per ea deterrentur ab iis quæ per ipſa ſignificari volebant. Quale illud eſt, Sub vitem non cundum: hoc eſt, vitandam eſſe ebrietatem, quæ non pedes modo debilitat, ſed & caput nexilis pertentat vaporibus. Contra *Ægyptii* per vitem lætitiam intelligebant ſacris ſuis literis: quo modo & ſymbolum exponere queas, non nimis voluptati ac lætitiæ indulgendum eſſe. Nec illud te lateat volo, ſymbolorum pleraque proverbiorum naturam habere: cum & ideo *Pythagoram* adagiis non abſtinuiſſe legamus. Quippe, ſi *Apuleio* credimus, iis nonnunquam uſus ſit: ut cum non ex omni ligno faciendum eſſe *Mercurium* diceret; & ſignificare vellet, non ad capeſſendas diſciplinas cuncta apta eſſe ingenia: atque ob hanc cauſam priuſquam in conſortium & contubernium diſcipulos admitteret, cujus habitus naturæve eſſent diligenter explorabat. qua de re & alii multa, & ego nonnihil alibi. Ad hæc, quæ per ſymbola traduntur, nos ad mentem intellectumque per corporeos ſenſus transferunt: & ea trifariam eſſe dicuntur, hoc eſt, moralia, naturalia, theologica: id quod & tibi ex horum interpretatione liquido conſtabit. Verum quoniam *Pythagoram* ſua acroamata, hoc eſt auditiones, trifariam diviſiſſe accepimus: in eo videlicet quo quid eſt, ut quid quaternarius numerus, quid ternarius; & in eo quo quid maxime, ut quid juſtiſſimum, quid optimum; & in quid agendum, quid non,

ut

ut an piſcis & faba in cibis ſint habendi: in omnibus his tribus ſymbola repoſuiſſe creditur. his etenim uti præceptis quibuſdam, ut dixi, diſcipulos quid agendum fugiendumve monebat. In his vero interpretandis minus tibi mirum videndum, ſi varias plerumque ſententias attulero, & nonnunquam fere contrarias ac oppoſitas, cum & *Pythagoricos* ipſos in iis non conveniſſe videamus. Eorum enim aliquos nude ea & ſimpliciter expoſuiſſe accepimus, alios altiores & in iis occultiores ſenſus indagare & perſcrutari voluiſſe: id quod de aliquibus omnino contenderim, & à me quoque fiet. Ordinem autem in recenſendis his meum ipſius, non aliorum, ea ratione ſecutus ſum, quod varie à veteribus digeſta videmus, immo plerumque confuſe adlata. Illud vero nos ideo primum fecimus, quod eſt de juſtitia & æquitate: quia ſine ea nihil uſquam recte beneque fieri conſpicimus.

Jugum ne tranſilias.

JUgum, ſtateramve ne tranſilito: quod Græce dicitur, ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν. Hoc Symbolum nos primum adferimus, quoniam eo philoſophus nos admonet, ne æquitatis juſtitiæque viam deſeramus, quomodo *Plutarchus* & *Hieronymus* exponunt. Quis enim ignorat, lance & ſtatera juſtitiam ſignificari? Huic non abſimile proverbium illud eſſe videtur, quod eſt Trutina juſtior: quod de iis dici ſolet, qui ſunt & juſtiſſimi & æquiſſimi: unde & æquilibrium dicere ſolemus. *Cyrillus* tamen *Alexandrinus*, Stateram, inquit, ne tranſilito, hoc eſt, avarus ne eſto. Idem & *Athenæus*, qui hoc ſymbolo πλεονεξίαν, hoc eſt avaritiam fugiendam ait, & æqualitatem ſectandam. Sunt qui præcipi putent, ſtudiis actiſque omnibus moderamentum adhibendum.

qui-

quidam ſimpliciter ad menſuras & pondera referunt, quæ juſta eſſe debent: quo modo & noſtri & *Hebræi* præcipiunt. At nos ad omnem potius æquitatem referendum arbitrati ſumus: illud certe mirati, quoſdam (alioqui doctos) fuiſſe, qui unum hoc ſymbolum in duo diviſerunt, Græca (ut puto) lectione decepti, in qua modo jugum, modo ſtateram invenias. Cum illud certe magis fuerat obſervandum, *Plutarchum* in *Sympoſiacis* ita enunciare, μὴ σάρον ὑπερβαίνειν. quo loco *Saron* quidam pro *Zygon* poſitum crediderunt, mendumque in codicem irrepſiſſe, quo modo pene innumerabilia in iis *Plutarchi* codicibus. Alius vero quid *Saron* ſignificaret minus videns, *Saron* tranſtulit ne tranſilito. alii menſuram, ſeu *Babylonorum Chaldæorum*que numerum. At cum *Plutarchus* idem in Quæſtionibus de eodem ſymbolo agat, illud, ut puto, rectius examinavi, & hoc à priore aliud omnino eſſe ſtatui. quod à quapiam fluxiſſe conſuetudine exiſtimo, quæ & hodie eſt in vulgi frequenti ſermone, qua monemur, Scopas non tranſiliendum: quippe σάρον, teſte *Polluce*, inſtrumentum illud eſt quo pavimenta & areas verrere ſolemus, & Latine ſcopas vocamus; deductum à verbo σαίρω σαρῶ, quod verro ſignificat: unde & pavimenta quæ verri non poſſe videntur, Aſarota dicuntur. Hoc vero ſymbolo monemur, ne ſcopas tranſiliamus: hoc eſt, ne proni ſimus ad iracundiam, neve levi cauſa à ratione excedamus. Nam, ut modo dicebam, in ore & frequenti vulgi ſermone eſt, Ne ſcopas tranſilito. Detortum id putant *Hetruſci* à vulgari opificum ſellulario rumq; conſuetudine, cum res eorum vetuſtior longe ſit. Atq; de jugo & ſaro non tranſiliendo ſatis.

In chœnice non ſedendum.

IN chœnice ne ſedeto. Quidã inter Græcos ſic, χοίνικα μὴ ὑπερκάθησαι. *Suidas* aliiq; nonnulli, ὅτι χοίνικος μὴ καθί-

καθίζειν. *Marſilius* vertit, Supra modium non ſedendũ. *Politianus*, Supra ſextariũ: quidã alii, In ſemodio: quiſq; ut ſibi viſum fuit. Commodius mihi, In chœnice. nam cum, *Laertio* & *Suida* teſtibus, chœnix ſit, quam *Clearchus* Hemerotrophin nuncupat, id eſt diurnus cibus, & dimenſum quod indies alicui impenditur, quaſi dicas, quod à recentioribus Latinis ſportula dicitur, & ſalarium, eo modo quo apud *Homerum* in *Odyſſea* à grammaticis chœnix ipſa exponi ſolet: hac ratione ſymbolum plerique interpretantur, æque præſentis & futuri victus habendam eſſe rationem. *Rhemnius Fannius*, aliique nonnulli, chœnicem menſuram quampiam eſſe dicunt quaterni ſextarii, hoc eſt, ut ipſe *Fannius* cecinit,

Qui quater adſumptus ſit Graio nomine chœnix.

Neque vero hic ego rem ad obryzum repeto, ut *Budæus*, cui, ut videmus, omne ſtudium fuit, ſub aſſis ratione omneis *Italæ* nationis literatos vellicare. Sic enim diſputat, quantum chœnix capiat, ſi nunc demum *Damaſcenæ Alexandrinæve* merces ea menſura præſtinentur, atque ita ipſe ſymbolum interpretatur: Cum unius, inquit, diei victum paraveris, ne eo ſtatim acquieſcas. Id quod multo ante *Athenæus* his verbis docuerat: Quæ præſentis (inquit) ſunt diei, non conſideranda, ſed quæ futura dies adferat: terminus enim & vitæ finis mors eſt. ac ſi nos moneat, non ſolicitos eſſe debere de victu, ſed de morte. *Plutarchus* cum priore ſententia convenit: non enim otio indulgendum ait, ſed in poſterum proſpiciendum. id quod etiam ſcribit D. *Cyrillus Alexandrinus* in his libris, quos contra *Julianum Cæſarem* ſcripſit. *Roterodamus* vero *Eraſmus*, multæ vir eruditionis & facundiæ, non oportere ait per inertiam atque ſecordiam cibum alienum ſectari, ſed ſua quemque induſtria neceſſaria ſibi comparare, quando

do (ait) aliena ſit fœdum vivere quadra. At *Picus* ſenior, tuus, *Vice*, magnus patruus, ſymbolum alia lance perpendens, ad altiorem ſenſum, in quadam ſua oratione ſic expoſuit, ut omnia videlicet nos rationali anima metientes, ad menſuram & regulam cuncta dirigamus. Præcipit, inquit, *Pythagoras*, ne ſuper modium ſedeamus: id eſt, rationalem partem, qua anima cuncta metitur & examinat, ne ocioſa deſidia remittentes amittamus, ſed rationis exercitatione ac regula & dirigamus aſſidue, & excitemus. Hæc fere ille. Sed ſi quis *Pythagoram* dixerit hoc ſymbolo præcipiſſe, non eſſe de victu ſemper cogitandum, non fortaſſis male interpretabitur: atque ideo non ſuper chœnice ſedendum. Cui CHRISTI Domini ſententia convenit, præcipientis, non ſolicitos nos eſſe debere de craſtino, nec (ut ait *Seneca*) ex illo pendere. quo modo & D. *Hieronymus* expoſuit: De victu, inquit, in craſtinum ne ſolicitus fueris.

Onus ſimul tollendum, non ſimul ponendum.

ONus ſimul tollito, non ſimul deponito. quod D. *Hieronymus* ita vertit: Oneratis ſuperimponendum onus, deponentibus non communicandum: ſeu, ut legunt alii, non connitendum. Græce ſic enunciatur, φορτίον συναθαιρεῖν, μὴ συναποθέναι. vel ſic, ut alii legunt, φορτίον συναιρεῖν, μὴ συναποθέναι. *Marſilius* ſic Latine vertit: Viro qui pondus elevat, auxiliare, non tamen cum eo deponas. *Oecolampadius* vero: Onus portantibus imponendum, non autem ſimul deponendum. Et ſuam interpretationem fecit *Erſmus*, ita n. ipſe: Tollenti onus auxiliandū, haud adjuvandus tamen qui deponit. *Rheuclin:* Onus ſimul deponere, non autem ſimul imponere. haud ſecus atque ſi dicas, Id

coadjuvato, ut homines moleſtia leventur, non graventur. Symboli quidem ſententiam interpretes omnes adſequi videntur, ſi minus verba, quæ ſic certe ſe habent; Simul quidem tollendum onus, non ſimul tamen deponendum. quo fit, ut is clarius (ut mihi quidem videtur) vertere potuiſſet, qui *Laertium* eſt interpretatus, ſi onus una tollendum, non abjiciendum dixiſſet. Hoc vero ſymbolo monebat philoſophus, ad virtutem tendentibus præcepta indies augenda eſſe: contra, ocio ſe atque inertiæ dedentes relinquendos, neq; cum iis communicandum. Certe in eos Symbolum dici poteſt, qui pridem aliquod ſanctioris vitæ inſtitutum profeſſi, ad laxiorem demum ſe vivendi normam, ne licentiam dicam, tranſtulerunt: quo in genere innumerabilis cum alias ſemper, tum hac præcipue temporum fæce multitudo apparet: unde & tot indies in Chriſtiana religione cooriuntur diſſenſiones & turbæ. Sed nos noſtra ſymbola potius explicemus, iſtoſque ſic diſſidentes Dei igneo verſatili gladio vindicandos mittamus. *Olympiodorus* quidem in *Platonis Phædone*, ſymbolum hoc ita legebat, μὴ ἀποτιθέναι ἀλλὰ συνεπιθέναι βάρη, hoc eſt, Non deponenda, ſed una ſubeunda onera. Quod ita ipſe exponit: Simul in vita operandum, non autem contra faciendum. hoc eſt, συμπράττειν τῇ ζωῇ, οὐκ ἀντιπράττειν. Cum quo ſentit *Cyrillus*, ſic ſcribens: Non oportet, inquit, cooperari cuipiam ad ignaviam, ſed ad virtutes & labores. Idem innuit & *Plutarchus* in *Sympoſiacis*. *Suidas* tamen, ubi de hoc ſymbolo meminit, hoc ipſum ita legere videtur, φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν, μηδὲ συνεπιθέναι: h.e. onus neque ſimul ponendum, neque ſimul tollendum. quæ ſi legitima ſit lectio, alia quoque erit adhibenda expoſitio. Neque enim eò loco onus pro virtute ſumendum, ſed ejus contrarium. Plures tamen cum priore ſententia conveniunt.

Hirundines

Hirundines familiares non habe.

DOmeſticas hirundines ne habeto. hoc eſt Græce, ὁμωοφίους χελιδῶνας μὴ ἔχειν. Profertur & hoc Latine varie. Nam D. *Hieronymus*, hirundinem in domo non ſuſcipiendam, tranſtulit. alius, Sub eodem tecto hirundinem ne habeto. *Marſilius*, Hirundinem domi ne ſuſcipias. Sed quiſque, ut commodius ſibi viſum. Certe ὁμωοφίου Græce ex vi verbi, ejuſdem vel tecti vel culminis ſignificat. At nos hoc loco ſenſum potius perquiramus. *Hieronymus* & *Cyrillus*, & quidam alii putant nos hoc ſymbolo moneri, ne garrulis & nugacibus fidem præſtemus, neve eorum conſuetudinem conſortiumque habeamus. Ea etenim eſt hirundinis natura, & ideo κωτίλλη appellari dicitur, ut apud *Heſiodum* ſcribit *Proclus*; eodem & ab *Anacreonte* & *Simonide* nomine nuncupata. Omnia, quidem, ut *Æſopus* ait, mala ex lingua provenire ſolent: id quod & *Plutarchus*, in iis qui ſunt de Nugacitate, & de Audiendo, plane oſtendit. Græca huic Symbolo ſententia congruere videtur, quæ ait, Nugacem hominem è domo ejiciendum. Alii ſic interpretantur, ut cavendum dicant ab iis amicis, qui infelicitatis tempore recedunt, & qui (ut cecinit *Horatius*) diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis, ferre jugum pariter doloſi: & quos in *Satyrico* ſic inſectatus eſt *Petronius Arbiter*,

Dum fortuna manet, vultum ſervatis amici:
Dum fortuna perit, vertitis ora fuga.

Talis eſt profecto hirundinis natura, ut garrula ſit; & bono tempore, hoc eſt verno & æſtivo, nobiſcum ſit; malo vero & turbido, hoc eſt hyberno, demigret, proculque à nobis recedat. & ut ille, (quiſquis fuit qui ad *Herennium* ſcripſit) Ut hirundines æſtivo tempore præſto

ſunt, frigore pulſæ decedunt: ita falſi amici ſereno vitæ tempore adſunt, ſimulatque fortuna immutata eſt, devolant omnes. *Alexander* quoque *Myndius* & *Dionyſius Heliopolites*, hirundinem in ſomnis malum ſignificare prodiderunt. Contrarium tamen ſentit *Artemidorus* libro ſecundo Onerocriticon, ubi de hirundine quædam ſcitu digna ſcribit: quæ ideo prætermimus, ne ſymbolis miſceamus. Alias vero alii hujus ſymboli adferunt expoſitiones, ſed hanc à *Plutarcho* in *Sympoſiacis* magis probari video. Ne ingratum, inquit, inſtabilemque amicum & convictorem nobis comparemus. Una enim hæc inter minutas aves eſſe perhibetur, quæ rapto & carne veſcatur. etenim Muſis dicatas cicadas venatur, humiliſque nonnunquam volans, minutis inſidiatur animalibus. Eos quoque *Plutarchus* reprehendit, qui ad tragœdiam hoc ſymbolum transtulerunt, qua triſte infauſtumque augurium hirundinem facere tradatur. Nunc quæſo, mi *Pice*, vide quid prudentum & ſapientum hominum ſymbola præſtent. Quotus enim quiſque tam ſacri quam profani ordinis princeps eſt, qui non libentius nugaces & blaterones, & hoc genus locululeios nebulones in convictu & familiaritate admittat, quam qui doctrina & prudentia ſpectati ſunt? Quid mirum igitur, ſi indies & male cum populis agitur, & ipſorum principum ſi ſceptra vacillant?

Ne retrovertare, cum ad terminum veneris.

NOn revertendum, cum perveneris ad terminos: hoc eſt Græce, μὴ ἐπιστράφεσθαι ἐπὶ τὰς ὅρους ἐλθόντας. *Rhenglin* ita: Ne reflectas, ubi ad terminos perveneris. At *Suidas*, ἀποδημοῦντα ἐν τοῖς ὅροις ἀνεπιστρέπτειν. quod ſic Latine *Hieronymus* enunciat: Cum profectus fueris, ne redeas. *Marſilius* vero: Cum domo diſceſſeris, ne revertaris: Furiæ enim congredientur.

entur: Multorum ſane opinio eſt, apud gentes *Pythagoram* primum animorum immortalitatem oſtendiſſe: nec aliud metempſychoſi & palingeneſia ſignificaſſe exiſtimatur, hoc eſt, cum in nova corpora animas ingredi & regenerari diceret. Monebat igitur *Pythagoras* hac ſententia, non deſiderandam poſt mortem hanc ipſam vitam, ut *Hieronymus* & plerique exponunt. At *Plutarchus*, in eo qui eſt de Educandis liberis: Cum moriendum eſt, inquit, & vitæ terminum in proximo eſſe videamus, facile id & æquo animo ferre debemus. Conſona ſcribit his *Rheuclin*: Hoc ſymbolo, inquit, non tantum trepidare mortem prohibet, verum etiam quicquid in fatis eſt, quantumcunque terreat. hi namque ſunt termini definiti & determinati, quos tranſire non poteris. Fruſtra igitur times, quod reflectere aut vitare nequeas. Ab ejuſcemodi quippe caſu nuſquam reſilire, fortitudinis quidem laudatæ ac egregiæ magnanimitatis eſt. Hæc ille. Sed quæ à *Suida* adfertur expoſitio, neſcio quo pacto mihi magis arridet. ait enim: Cum peregrinatum eſt in finibus, non retroflectendum: vel, quod idé fere eſt apud *Diogenem*, in finibus peregrinanti non redeundum: hoc eſt, non in concupiſcentiis & deſideriis, mutata jam vitæ ratione, vivendum eſſe, neque iis agendum voluptatibus, nec illecebris, quibus antea. Et propterea quidam Symbolum ita enunciant: Qua via iveris, ne redito. id quod & noſtra lege prohibemur, cum & novum hominem induere jubemur, nec ad aratrum reſpicere. Sed & Deus per *Moſem*, per eandem viam non revertendum, Hebræis præcipit, idem & prophetæ ad *Hieroboam* miſſo, ut *Joſephus*, & Regnorum libri teſtantur.

Per viam publicam ne vadas.

PEr viam publicam ne ito. hoc eſt Græce, λεωφόρου μὴ βαδίζειν. Sic vero *Olympiodorus* enunciat, φεύ-

γειν τὰς λεωφόρους; hoc eſt, fugiendas vias publicas. D. quidem *Hieronymus*, viam populo uſitatam & communem interpretatur. Idem, ad *Irenæum* D. *Ambroſius*: idque uterque ex libris *Hebræorum* deſumptum affirmant, multorumque & vulgi errores nos ſequi non debere interpretantur. Idem dicit *Philon Alexandrinus*. Sed & *Origenes* eodem fere ſenſu evangelicum illud exponit, ſpacioſam & latam viam declinandam. At vero *Iamblichus* per latas publicas vias incedendum non eſſe, eodem ſenſu protulit. alii, protritas ac populares vias non adſectandas: h. e. λεωφόρους ὁδοὺς μὴ τυχεῖν: noſq; monitos aiunt, ne multitudinis ac vulgi ſententiis rumoribuſque adhærere debeamus. Idem fere *Athenæus* & *Olympiodorus*. *Ficinus* ſymbolum ipſe ſic enunciat: Populares vias fuge, per diverticula vadito. *Politianus*: Regiam viam declinato, per ſemitas ingreditor. Idem *Eraſmus*, qui & ſententiæ *Evangelicæ* convenire oſtendit, cujus modo meminimus. Sedenim unanimi fere conſenſu ſacri noſtri interpretes anguſtam viam exponunt, anguſtæ vitæ regulam, qua vivendo ad normam dirigimur: cujuſmodi ſunt cœnobitæ, & ſolitariam in communi vitam ſectantes monachi. Sunt & qui hoc ipſum per Ypſilon literam à philoſopho deſignatum fuiſſe volunt, qua de litera & multa & ſæpe audiviſti: atque ideo nunc ego tibi parcius. Sed & ad ſymbolum deduci illa ſententia poteſt, Ne in gentium viam abieritis: hoc eſt, gentium errores declinetis. Illud præterea te meminiſſe velim, apud *Lactium* hoc ipſum ſymbolum ita enunciari, Extra publicam viam ne ito: hoc eſt, ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν. quod & ab *Eraſmo* etiam probatur. Ego vero an *Pythagoricum* ſit, neſcio. quare jam ſatis, ne & ego popularem viam ingredi videar.

Ignem

Ignem gladio ne ſcalpas.

IGnem gladio ne ſcalpito: hoc eſt, πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύει. D. *Hieronymus*, Ignis gladio non feriendus. *Politianus* vero, quod puto aliquando legerat πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, Ignem ferro ne fodicato, tranſtulit. Aliqui eum ſecuti, Ignem ferro ne fodices. Exponitur quidem, potentiorum iram, ac ſuperborum non commovendam. Quidam malitiam & impotentiam: quo modo ex noſtris quidam apud *Iezekulem*. *Cyrillus* vero, & *Plutarchus*, & *Laertius*, & cum his *Athenæus*, furentem hominem & iracundum aſperis verbis non irritandum interpretantur. Ignis enim (ut inquit *Athenæus*) ira eſt, gladius lis eſt & contentio: & flamma, ut ait *Laertius Diogenes*, quo magis exagitatur, hoc magis atque magis invaleſcit. D. quoque *Clemens* libro ἀναγωγῶν ſexto, ignem pro iracundia & furore ſumere videtur, cum ait; Puto quod ſatis dignas habeatis iracundiæ cauſas, ex quibus juſtiſſimus ignis iſte coaleſcat. *Pythagoram* ſecutus credo *Plato*, ignem igni non addendum eſſe dicebat; hoc eſt, πῦρ ἐπὶ πυρί. *Basilius* tamen, idemque *Plato*, ſymbolum uſurpare videntur de iis qui aliquid fruſtra moliuntur, ut notavit *Eraſmus*. Sunt & qui ab antiquo genere ludi deductum putent, quo ignis gladio cæditur, vel (ut alii dicunt) dividitur. Id enim quod apud *Baſilium* legitur, ἀτεχνῶς εἰς πῦρ ζαίνοντες, ignem cædentes inſcienter & ſine arte: *Leonardus* vertit, vere ignem dividentes, ἀληθῶς viz. non ἀτεχνῶς apud *Baſilium* legens. Sane *Porphyrius*, Ignem ſymbolum eſſe divinæ naturæ, ſcriptum reliquit: & propterea in templis ait adſervari, capitaleque fuiſſe, ſi ſacerdotes ignem ipſum extingui permiſiſſent; quo pacto apud *Romanos* virgines Veſtales, & apud *Perſas*, qua

de

de re & alii, & *Clemens* non parum multa. Et ideo ſymbolum ita quoque interpretari poſſumus, divinam naturam, hoc eſt Deum ipſum immortalem, non gladio impetendum, hoc eſt linguæ acumine, & maledicentia. Quæ utique expoſitio ſi non vera, at certe & pia, & ſpecioſa. Verum & hoc non te lateat, hoc unum ex iis ſymbolis eſſe, quæ *Andocidæ Pythagorico* à Græcis ſcriptoribus, non *Pythagoræ* ipſi adſcribuntur: veluti etjam hoc quod ſtatim ſubjungemus.

Animalia unguicurvia non nutrienda.

ANimalia unguicurvia ne nutrito. hoc eſt Græce, γαμψώνυχα μὴ τρέφειν. *Theodorus Gaza*, & eum ſecuti alii, uncunguia γαμψώνυχα interpretati ſunt. utrumque, & hoc & illud, novum: ſed belle, ut videtur, expreſſum. Monemur vero hoc ſymbolo, ut rapaces homines fugiamus, neve inter familiares & domeſticos habeamus: quoniam rapiendi deſiderio, inſatiabilique aviditate omnia confundunt, & conturbant. Id quod præcipue in Principum & potentiorum aulis eſt videre, in quibus fere hujuſmodi rei familiaris magiſtri præficiuntur de induſtria, qui aliquid amplius corradere & conſervare dominis oſtentant, ut eo amplius ipſi rapiant & furentur. Unguicurvia igitur non nutrienda, nec domi habenda. Nunc quoque hujuſcemodi hominum genus, ſi non potius ex Harpyiarum ſtirpe, recurvis eſſe unguibus, in quotidiano ſermone dicere ſolemus. Fuit etiam *Hebræis* religio, veſci iis avibus uncunguibus. nam & tales antiqui effingebant, rapax avium genus, Harpyias, ut ſcribit *Servius*.

Anguſtum annulum non ferendum.

ANguſtum arctumque annulum ne geſtato. Quod Græce ſcribitur, μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον: hoc eſt.

eſt, Ne feras arctum annulum. A D. *Hieron.* exponitur, non debere quemquã anxie vivere, nec ſemet in ſervitutem conjicere: tum nec ſeſe in ejuſmodi vitæ inſtituto implicare, unde mox ſe nequeat, cum libuerit, explicare & eximere. Idem & *Plutarch.* Flamines etiã Diales apud *Romanos* ea ratione utebantur pervio & caſſo annulo.

Dei figuram in annulo ne inſculpas.

NE Dei imaginem in annulo inſculpito. At ſi Græcorum autorum fidem ſequi volumus, & *Iamblichi* inprimis, ita eſt pronunciandum, ἐν δακτυλίῳ εἰκόνα θεῦ μὴ φορίφερειν, hoc eſt, in annulo Dei imaginem ne circumferto, ea ſcilicet ratione, ne polluatur. *Marſilius* ſic tranſtulit, Dei figuram ne annulo inſculpas. Deorum imagines, inquit *Cyrillus*, in annulis ne feras: hoc eſt, ſententiam & ſermonem de Deis ne facile manifeſtes, & divulges. Idem fere exiſtimavit *Eraſmus*: ait enim, ne paſſim Dei memoriam miſceamus. Sed *Rhodiginus Cœlius* ſic interpretatur, Non eſſe animam, quæ imago Dei eſt, merſandam in corpus, quo plane, uti annulus gemma, animæ vis contineri videtur, nec mancipandam. Non ab hoc multum diverſa *Rheuclin.* Sed mea quidem ſententia (quid enim prohibet, & nos noſtri aliquid adferre?) Symbolum nos monet, ne in deliciis & propatulo Dei effigiem ac memoriam habeamus. Nam non temere & vulgo Dei nomen pronunciandum *Hebræis*, nobiſque: opertanea enim & arcana eſſe oportet divina myſteria..

A fabis abſtinendum.

A Fabis abſtineto: quod Græce eſt, κυάμων ἀπέχεσθ. A fabis vero non tantum homines ut abſtinerent, præ-

præcepit *Pythagoras*, ſed & bovem quoque: cui cum in aurem locutus eſſet, à fabulo perpetuo abſtinuiſſe, pluribus *Iamblichus* prodidit, & paucis in Lamia repetit *Politianus*. Quare autem à fabis abſtinendum monuerit, tametſi abditum occultumque profanis ipſe eſſe voluerit, adeo ut *Timycha Pythagorica*, cum eam *Dionyſius* cogeret id myſterium revelare, ipſa arcanum ne proderet, mordicus ſibi linguam præcidens, in faciem tyranni exſpuiſſe dicitur, quod idem ſcribit *Iamblichus*, & *Olympiodorus*: his fere verbis in *Plat. Phœdone*; Mulier, inquit, *Pythagorica*, coacta enunciare, cur fabam non comeſſet, dixit, φάγοιμι ἄν, ἢ εἴποιμι ἄν. rurſus coacta ut comeſſet, ait, εἴποιμι ἄν, ἢ φάγοιμι ἄν. & demum linguam ſibi abſcidit, inſtrumentum ſcilicet & loquendi & guſtandi: tametſi abditum eſt (inquam) fabæ myſterium, varias tamen hac de re, quas apud autores reperi opiniones, tibi hoc loco breviter recenſere placuit. Quidam enim nimis inepte exiſtimant, ne ſimul brevia & minuta quæ in fabis inveniuntur animalia, Mydas ſcilicet appellata, devorentur. Ineptius quidam, & fabas ipſas animalia eſſe dixerunt. *Simeon Antiochenus* de fabæ natura & proprietate pleraque ſcribit, in eo libro quem de cibariorum facultate ad Imperatorem *Michaelem Byzantium* ſcripſit, inter quæ hæc, ut à me interpretata ſunt: Ferunt autem, inquit, fabas propterea quod malum ſuccum habent; inſomnia turbulenta facere, & adducere, hancque ob cauſam *Pythagoreos* ab iis abſtinuiſſe. Alias inſuper multas & diverſas cauſas adferunt harum abſtinentiæ, de quibus nunc non dicendi tempus. hæc ille. Sed quod de faba *Simeon*, idem & *Plinius* in nat. hiſtoria, & *Suidas* adferunt, & *Heron* in ſecundo Rei ruſticæ libro ex Geoponicis *Didymi*, ut videtur. Adjungit idem *Heron*, quod in earum flore auſpicium quoddam lugubre inve-

inveniatur. Hunc *Heronem* ſecutus eſt *Conſtantinus* Imper. ſeu quiſquis ille fuit, qui totidem quot *Heron* libris, hoc eſt 20. de tota re ruſtica ſcripſit apud Græcos: qui & illud quoque prodidit, *Amphiaraum* primum à fabis abſtinuiſſe, ob vaticinia per ſomnia. Circumferuntur & *Orphei* verſus, quos Latine ita nos vertimus:

O miſeri, à fabulo, miſeri, ſubducite dextra:
Eſſe fabas, ſimile ac capiti abſumptiſſe parentum.

Græci hi ſunt:

Δηλοὶ, παῦλοι, κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι.
Κ'ἴσον τὸν κύαμον φαγέειν, κεφαλὰς τ' τοκήων.

Gellius tamen in Att. noctibus, hunc priorem *Empedoclis* verſum, non *Orphei* nomine citat. *Origenes* in eo quem ipſe φιλοσοφεμένων inſcripſit, *Zaretan* ait *Chaldæum* has adferre cauſas, cur à fabis eſſet abſtinendum: Omnium, ait, quæ in terra conſiſtunt, comparationem quandam & principium faba habere videtur. Conjecturamque hanc ille adferebat, quod ſi macerata ad ſolem per aliquod temporis ſpaciũ dimittatur, ſeminis humani odorem contrahere. Clarius etiam hoc profert exemplum, quod ea florente, una cum flore in olla circumlita ſi concludatur, humique obruatur, & poſt aliquot dies effodiatur, pudendi muliebris effigiem habere reperietur, & mox etiam puerilis capitis. Hæc ego quidem brevibus, quæ pluribus ille recenſuit. *Lucianus* quoque miranda in eo dialogo ſcribit, cui βίων πρᾶσις eſt inſcriptio: ubi illud præcipue, quod ſi viridem fabam folliculo exuas, apparere virilibus genitalibus ſimilem; coctam autem ſi nocturno tempore ad Lunam certo ſpatio dimiſeris, ſanguini perſimilem fieri. Idem fere his verbis *Acron*: A faba, inquit, *Pythagoras* abſtinuit, quod viridis in pyxide ærea ſervata, vertitur in ſanguinem. *Plutarchus* vero in eo qui eſt de Educandis liberis, abſtinendũ interpretatur à ſuffragiis, quæ

quæ per bicolores fabas ut plurimum feruntur: id quod & *Atheniensis* inprimis feciſſe in principibus & magiſtratibus ſortiendis, teſtis eſt in eodem quem ſupra diximus loco *Lucianus*. Unde & κυαμοτρώξ apud Græcos proverbii vice dicitur, in eum qui inde victitat, hoc eſt, in dandis præſtandiſque ſuffragiis: quaſi Latine dicas, fabæ roſor. Hinc fortaſſis & illud emanavit, quod in Ænigmatibus retulimus, Ne allium, neve fabam edas: etſi *Suidas* interpretatur, quod judices ne dormitent, illas eſſe ſoleant. Scribit *Plutarchus* in Quæſtionibus, legumina inflare, atque præcipue fabulum; ideoque venerem ſtimulare: & ea ratione *Pythagoricos* ab iis abſtinere. Idem *M. Cicero* tradit in libris de Divinatione: Ex quo, inquit, etiam *Pythagoreis* interdictum putatur, ne faba veſcerentur, quæ res habet inflammationem magnam. Is enim cibus tranquillitatem mentis quærentibus, conſtat eſſe contrarius. Hæc quidem *M. Cicero*. Scribit *Pauſanias*, quod *Pheneatæ Arcadiæ* populi, fabam ideo immundam & impuram exiſtimant, quod cum illic *Proſerpinam* quærens dea *Ceres* divertiſſet, omnibus qui eam hoſpitio ſuſcepiſſent legumina præbuit, præter fabas, quo argumento eam impuram eſſe cognovere: atque iccirco eam *Pythagoras* prohibuit. & fortaſſis eadem ratione *Orpheus*, dum terræ hymnum concinit, cui thymiama ex omni ſeminũ genere adhibet, excipit fabam. *Gellius* tamen ex *Ariſtoxeni* ſententia, κυάμους, fabas non ſignificare voluiſſe *Pythagoram* docet, quippe qui fabis veſci uſus fuerit: ſed teſticulos: idque etiam carmine *Empedoclis* ſignificari tradit. Videtur, inquit, de cyamo non eſitato cauſam erroris fuiſſe, quia in *Empedoclis* carmine, qui diſciplinas *Pythagoræ* ſectatus eſt, verſus hic invenitur,

Δῆλοὶ, παῖδες ἄλοι, κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθε.

(quem ita vertit *Gaza*,

Ah miſeri, à cyamo miſeri ſubducite dextras.) Opi-

Opinati n. ſunt plerique, κύαμον vulgo legumentum dici: ſed qui diligentius anquiſitiuſque carmina *Empedoclis* arbitrati ſunt, κυάμους hoc loco teſticulos ſignificare dicunt, eoſque more *Pythagoræ* κυάμους appellatos, quia ſint εἰς τὸ κύειν δεινοὶ, καὶ αἴτιοι τοῦ κύειν, hoc eſt, in ferendo utero validi, cauſæque uteri ferendi, & genituræ humanæ vim præbeant. Iccirco *Empedoclem* verſu iſto non à fabulo edendo, ſed rei venereæ profluvio voluiſſe hominem deducere. Hactenus *Gellius*. *Ariſtoteles* vero in libro de Fabis, ut eſt à *Diogene Laertio* relatum, ab iis ideo abſtineri mandaſſe ait, quod eæ pudendis ſint ſimiles, vel inferiorum portis; unum enim hoc legumen eſt genituræ expers: vel quod corrumpat: vel quod ſit univerſi naturæ ſimile: vel quod ad paucorum dominatum, quam ὀλιγαρχίαν Græci vocant, pertinet, quæ plerumque fabis ſortitionem faciat. *Marcellus Vergilius* noſtra ætate κυάμους ova interpretatus eſt, cyamonque quaſi κύησιν, id eſt fœturam & conceptum animalis intelligere maluit: ac ſi per ipſas fabulas philoſophus non minus ab animalis principio ſemineque abſtinendum jubeat, quam ab abſoluto jam & perfecto animali. *Macrobius* quoque ovum ait mundi ſymbolum eſſe, unde & ab initiatis *Libero* patri colebatur. Sed hæc fortaſſe nimis longe repetita videbuntur: iccirco ad alia tranſeo. Quidam ſunt qui tradant, *Pythagoram* ideo fabis abſtinuiſſe, quod in ipſius fabæ flore lugubres reperiantur literæ. Exiſtimant præterea Magi, mortuorum animas fabis ineſſe, quibus dum parentamus, fabas ipſas comeſſe moris ſit. Quare, ut puto, hoc etiam nunc tempore, in defunctorum celebri die fabas paſſim & eſitamus ipſi, & aliis impendimus. Alii fabas eſitare interpretantur, ut dixi, quæſtum ex ſuffragiis facere, & muneribus capi: id quod ſcribit, præter ſupradictos citatos, is qui ex *Gregor. Nazianzeno* hiſtoria

rias Græce collegit. idem & *Suidas*. *Theon* apud *Plutarchum*, *Ægyptios* ait in tantum fabas venerari, ut eas nunquam ſerant, neque comedant, nec etiam fas ſit adſpicere : idem quoque ſcribit *Herodotus*. Ab *Ægyptiis* igitur, ut etiam à principio diximus, multa *Pythagoras* accepit, quod & *Plutarchus* & *Iamblichus* & alii prodiderunt. Fabæ quoque ſegetem ne pedibus calcaret *Pythagoras*, cum inimici eum inſequerentur, deprehéſus, occiſus eſt. vel ut alii tradunt, incendio una cum diſcipulis conſumptus eſt.

A piſcibus abſtinendum.

PIſces ne guſtato : hoc eſt, ἰχθύων μὴ γεύεσθαι. Variæ vero & hujus ſymboli interpretationes à *Plutarcho* adferuntur. Quidam enim, inquit, in ſilentium & taciturnitatem referunt, quam (ut diximus) ἐχεμυθίαν ille vocabat, quod inter animalia piſces ſint ſine voce, ut & in proverbium res deducta ſit, magis quam piſcis mutus : quam opinionem *Athenæus* in ſeptimo approbavit, illud ſubjungens, ſilentium rem eſſe divinam. Alii dicunt, ideo quod nihil magis naturæ humanæ ſit hoſtile & inimicum, quam mare. atque *Oſiriden* maximum *Ægyptiorum* Deum in mare dejectum periiſſe. qua cauſa factum eſt, ut qui in eo naſcuntur piſcibus, *Ægyptiis* ſit nefas veſci : qui & nautas eadem ratione alloqui indignantur. Sunt qui ea ratione *Pythagoram* ſcribant prohibuiſſe piſcium eſcam, quod ipſe ex iis quæ deis ſacrificata eſſent, veſci eſſet ſolitus : quæ hierothyta Græce dicuntur. Neque enim de piſcibus rem ſacram faciebant antiqui. De *Ægyptiis* utique intelligendum : nam & apud antiquas gentes de thynno & de anguilla rem ſacram faciebant : quod pluribus oſtendit *Athenæus* in ſeptimo, & apud *Perſium Flaccum* Cor-

Cornutus grammaticus, quem *Probi* nomine quidam citant. *Perſius* enim ita ait, Cauda natat thynni. Sed & *M. Varro* libro tertio Rei ruſticæ, de certis piſcibus rem ſacram fieri apud *Lydios* ſcribit. Sed & hoc ab *Ægyptiis* deductum ipſe crediderim. nam ut eſt apud *Herodotum*, ipſi piſcibus abſtinebant: qua ratione quoque, cum nefas inquinamentumq; iidem ſignificare volunt, piſcem pingunt, quod piſces mutua carne veſcantur, & inter ſe eſca ſint, ut *Horus Ægyptius* ſcribit: quod tamen & ad *Oſiridis* fabulam referri poteſt. Sane præter *Ægyptios*, & *Syros* etiam piſcibus abſtinuiſſe legimus. Unde apud eos *Atergatis* dea colebatur, quæ interpretatur ſine piſce: quippe *Syrorum* lingua Ater privativa eſt dictio, & Gatis piſcem ſignificat. *Athenæus* libro octavo deam hanc appellatam ſcribit ex ſententia *Antipatri Tarſenſis Stoici*, & *Mnaſeæ*, à Regina quapiam ſic vocata, cujus & hiſtoriam pluribus colligit, quam commodius in Deorum cognominibus referemus. de hac quoque dea plura & *Strabo*, nec ſemel. Sed quod *Syri* abſtinerent piſcibus, apud *Hyginum* & alios in fabulam relatum videmus. Porrō *Pythagoram*, ſcribit *Plutarchus*, à piſcatore retium jactum emiſſe, ut quicquid piſcium eo jactu caperetur, ſtatim emitteret: quod & fecit. Idem & avium aucupes, hoc eſt, ὀρνέων θηρευτὰς deteſtabatur. Sed, ut ad rem redeam, ſymbolo ea interpretatio magis convenire apud *Plutarchum* exiſtimatur, quæ eſt, quod piſcis animal ſit ejus naturæ, ut nullo modo hominem lædat, eique nihil officiat: iccirco impium eſſe, piſcem lædere. tum & illud ſubjungitur, quod non ad ſaturitatem eduntur, ſed ad luxum & gulæ irritamenta. Multa hoc loco mitto, quæ, ut hoc adſtruat, *Plutarchus* in Convivalibus adfert. Sed & *Homerus* videtur abſtinentiam piſcium adſerere, quod nuſquam ſuo carmine piſcium eſum oſtenderit:

quod idem *Plutarchus* ſcribit. *Meleager* tamen *Gadadeus* in χάεισι tradit, *Homerum*, cum *Syrus* eſſet genere, juxta ium morem feciſſe, ut antiqui illi Heroes piſcibus ...nerent. Cæterum *Pythagoras* & ea nuoq; ratione potuit piſciũ conviyia interdicere, quod ab *Hebræis* didiciſſet piſces ignobiliſſima eſſe animalia. Nam ut eſt à *Philone* in mundi conſtitutione traditũ, primi inter cætera animalia piſces creati ſunt, quod illorum videlicet ſit anima ignobiliſſima, ut hominis eſt acutiſſima. Animarũ, inquit, aliqua quidem eſt tardiſſima, & minus expreſſa, quæ piſcium generi obvenit; aliqua vero acutiſſima, quæ hominis eſt: quæ autem ambarum eſt intermedia, terreſtribus & volucribus data eſt. Magis n. hæc ſenſilis, quam in piſcibus: hebetior vero, quam quæ in hominibus. Quamobrem, inquit, inter animantes Deus piſces primos condidit, magis corporis ſubſtantiæ, quam animæ participes, & quodammodo animalia & non animalia, mobilia inanima: atque ad ipſam ſolam corporis conſervationem Deus illis indidit ſpiritum animalem, ceu (ut dicitur) ſal carnibus inſpergitur, ne facile putreſcant. Non omni tamen piſcium genere *Hebræi* abſtinuere: quippe qui tantum iis veſci prohibiti ſunt, ut eſt apud *Moſem*, qui pinnulis & ſquamis carent. Super qua re noſtri theologi, & inprimis *Cyrillus Alexandrinus* in nono libro contra *Julianum Cæſarem*.

Melanuros ne guſtes.

MElanuros ne guſtato. quod ſic Græce ſcribitur, μὴ γεύεσθαι μελανούρων. *Marſilius Ficinus*, ut reor, quod illum fugeret Melanuros ex piſcium genere eſſe, ſic vertit: Ab eo quod nigram caudam habet, abſtine: terreſtrium enim Deorum eſt. Secutus videtur *Marſilius Guarinum*, qui in eo *Plutarchi*, qui eſt

mei

περὶ παίδων ἀγωγῆς inſcriptus, ita tranſtulit: qui nigrantes caudas habent, guſtari non oportere. *Guarinum* & *Marſilium* eſt *Eraſmus* in Proverbiis æmulatus, & *Rheuclinus*. Symbolum vero ſic *Plutarchus* explicat; *Pythagoram* eo monere voluiſſe auditores ſuos, ne cum improbis commercium haberent. quare & *Antiphanes* poeta, ſuo ænigmate, ut diximus, à melanuro & mugile cavendum ſuaſit: & noſtri quoque ſcriptores, malos & improbos nigros & atros vocant. ut illud *Catulli*, Albus an ater; & *Horatius*, Hic niger eſt, hunc tu *Romane* caveto. *Tryphon* grammaticus & alii, ſymbolum, à falſis ſermonibus & mendacibus cavendum eſſe, interpretati ſunt. nam mendacium extremis partibus obſcuratur & nigreſcit. Quidam peſſime ad ſepiam referunt, quin & ſepiam ipſam Melanuron vocatã, perperã autumant: quos inter *Laertii* eſt interpres. *Suidas* certe, aliique nonnulli, Melanurum piſcis genus eſſe aiunt, à quo abſtinendum quidem voluiſſe *Pythagoram*, ſed ſecretiore occultioreque, eo quem ſupra diximus, ſenſu. Melanurum apud *Ariſtotelem Theodorus* Oculatam vertere viſus eſt, cum tamen *Plinius* Oculatam à Melanuro diverſam manifeſte facit. Melanurum vero valde timidum piſcem eſſe, & prudentem, *Ælianus* tradit. Sed naturas hoc loco piſcium complecti, noſtri non eſt inſtituti. Melanuri meminere *Artemidorus* in ſecundo Onirocriticon, & apud *Athenæum* Græci quidam poetæ, & præcipue *Aumenius* in Halieutico, & *Iceſius* in libro de Piſcib. ſed apud Latinos meminit *Columella*, libro 9. & *Ennius* illo carmine,

Melanurum, turdum, merulamq;, umbramq; marinam.

In quo primus pes eſt anapæſtus. Exſtat & proverbium apud Græcos, Sequitur perca melanurum, cujus meminit *Athenæus*. quo loco in ſepiam impegit *Eraſmus*: Alia inſuper multa à *Pythagoricis* mandi ſunt

vetita, quæ tamen fere inter ſymbola reponuntur: ut illud eſt,

Non edendus Erythinus.

NE Erythinum edito: hoc eſt, μὴ ἐρυθῖνον ἐσθίειν. Cum vero erythinus piſcis genus ſit, coloris rubri, nos à ſanguine & vindicta abſtinere monet *Pythagoras*, imitatus *Hebræos*, quibus ideo præceptum eſt ne ſanguine veſcantur: quod planius infra oſtendemus. Qui piſcium naturas ſcripſerunt, Erythrinum cum R. litera hunc piſcem appellaverunt, ut *Speuſippus* & *Dorion*, quibus adſtipulatur *Artemidorus*, *Valdianus*, & *Athenæus*, & *Suidas*. *Clitarchus* quoque Erythrinum ait à *Cyrenæis* Dycen vocari, *Zenodotus* Hyccam. *Plinius* in hoc genere piſcis marem non eſſe ait. De Erythrino & ſuo carmine canit *Oppianus*: *Theodorus Gaza* Erythrinum apud *Ariſtotelem*, Rubeculam interpretatus eſt: Rubellionem, *Hermolaus Barbarus*: & Erythinum, non Erythrinum vocat, aliumque eſſe oſtendit ab Eritimo. Quibus omnibus de rebus mirum videri poteſt, quo pacto & hic *Ficinus* in errorem impegerit, qui ſymbolum tranſtulit, Rubrum aliquid ne ſuſcipias. Nam licet Erythrinus rubrum ſignificet, non ideo tamen piſcis ipſe ruber vocatur.

A Scaro præterea piſce *Pythagoras* abſtinendum præcepit, quod τρυγηφάγος, id eſt, vorator uvæ ſit; cujus duæ ſpecies traduntur, Oniæ & Æoli cognominatæ.

Item à mugilibus, & labrace, id eſt lupo, abſtinebat: quod ſint, ut Græci dicunt, σπερμολόγοι, hoc eſt ſeminum leguli: & cætera, quæ *Plutarchus* in 8. Sympoſiacon enumerat. Eſt & proverbium Græcum, λάθρᾳ ξ μ

Urticam

Urticam quoque marinam non edendam (piſcis id genus) præcipiebat, quæ ἀκαλύφη Græce dicitur, quod ea Veneris ſtimulos adferre dicitur. alii, quod *Hecatæ* ſacra ſit, ut tragla quoque, de qua protinus agemus. Sed cujuſmodi urticæ marinæ forma & natura ſit, plane *Ariſtoteles* in quinto de Hiſtoria animalium, & *Ariſtotele* plura ex variis ſcriptorib. in ſecundo *Athenæus*, qui & eam alio nomine κνίδαν vocari ait, ejuſque duo eſſe genera. *Diphilus* vero *Siphnius* medicus, hanc urticam ventri & ſtomacho, & urinæ ciendæ utilem eſſe prodidit: quodque ſi attingatur, pruritum commoveat, ut etiam ejus nominis herba.

Sed & à trigla abſtinendum monebat. Eſt autem trigla, quam Latini mulum appellant, nunc vulgo *Romæ* Græcum ſervat nomen: ſic appellata, teſte *Ariſtotele*, quod in anno ter pariat. Id quod & *Ariſtophanes* in *Ariſtotelis* commentariis, & *Artemidorus* in ſecundo Onirocriticωn comprobant. Ideo autem ab ea *Pythagoras* abſtinuit, quod ea deæ *Hecatæ* ſacra putaretur, quæ & triformis, & triodites, hoc eſt, trivia, & τείγλωδ, hoc eſt (ut ſic dicam) triocula cognominata eſt. Quare vero *Hecatæ* ſit ſacra, in ſeptimo ſcribit *Athenæus*. Fuit & *Athenis* locus Trigla nuncupatus, ubi & ſimulachrum fuit *Hecatæ Triglanthinæ*. At *Hegeſander Delphus*, triglam ait in ſacris *Dianæ* præferri, quod ſcilicet venetur trigla lepores marinos hominibus noxios: atque ideo venatrici deæ venatorem piſcem apponi. Sane nec te id fugiat volo, quod ſicuti eſt à Latinis mulus barbatus appellatus, ita & à Græcis τείγλη γενειᾶτις, à barba videlicet cognominata eſt, ut *Sophron* oſtendit. Quidam præterea ea cauſa *Pythagoram* tradunt trigla abſtinuiſſe, quod per eam ternionis numeri myſterium coleret: eum quando numerum in ſacris adhibendum putavit, ut alibi ex *Ariſtotele* & *Auſonio* & *Euſebio* oſtendimus.

Iamblichus tamen *Pythagoram* ait *Apollini* ex ternario numero ſacrificaſſe, propter (ut ait) tripodem, Veneri autem ex ſenario. Scribit *Theon Smyrnæus Platonicus*, ternarium numerum in libaminibus ea cauſa adhiberi ſolere, quod primus ipſe inter numeros dicitur omnia eſſe. in numeris enim eo minoribus, non omnes dicimus, ſed unum vel ambos, de tribus vero omnes. Sed hæc non hujus loci.

Vulvam quoque non edendam, *Pythagoras* dicebat, quod ea eſſet generandi ſedes: & perinde etiam coitum & venerem fugiendam monebat. *Hierocles* quidem philoſophus ita exponit: Si, inquit, ſimpliciter præceptum conſideres, à re quidem minima terrena nos abſtinere præcipit *Pythagoras*; ſi vero ad profunditatem intellectus, totius rei venereæ doceris abſtinentiam: & ut in cibo ab ea abſtinebimus, ita in purificatione corporis, id quod per eam intelligimus exercebimus. Atque hæc quidem fere *Hierocles*. Meminit & hac de re *Plutarchus*, *Ariſtoteles* & *Gellius*.

Abſtinuiſſe & à Ἐνσπιμαίοις, id eſt, ſi Latine recte dicitur, à morticinis animalib. hoc eſt, ab iis quæ per ſe mortua ſunt: & hoc plane ab *Hebræis* deſumpſit, ut facile ex libris *Moſis* cognoſcitur, ex quibus & immundos ac impuros eſſe illos colligimus, qui ea attigerint, nedum comederint. At vero melle & favo plerumque veſci ſolitum accepimus, quod hæc ſcilicet ſine hominum labore parentur, & quaſi cœleſtis ſit cibus: & propterea etiam in ſacris libris, pro cœleſtibus deliciis nonnunquam ſumi videmus, id quod & pluribus ab antiquis theologis proditum eſt.

Milio quoque & pane veſcebatur *Pythagoras*, vino vero penitus abſtinuit: idque ut etiam facerent diſcipuli, identidem monebat, οἶνον μὴ ἡμέρας μὴ γεύεσθαι, hoc eſt, Vinum interdiu ne guſtate.

Coctis

Coctis autem oleribus, & inprimis lactucis, quæ Eunuchi (ut *Pythagoricus Ibycus* ait) ea cauſa dictæ ſunt, quod venerem ſiſtant, libentius veſcebatur. Atriplicis duo ſunt genera, ſylveſtre & ſativum: ſativum vero *Pythagoram* culpaſſe legimus, quod difficilime coquatur: quo fit, ut in hortis minus juxta ipſum quicquam niſi languidum ac imbecille naſcatur. Longa eſt inter noſtrorum temporum ſcriptores diſputatio, an Spinachia dicta ejus ſint generis. Quidam omnino negant, quidam neſcio quo modo recipiunt: ſed certe quæ Atraphaces, & Chryſolachana dicuntur, ſunt quæ noſtrate vulgus Trepeſe, hoc eſt Atriplex vocat. Sed hæc nos hoc tempore non diſquirimus. De *Pythagoricorum* vero parſimonia, non parum multa ab *Iamblicho* in libris de ſecta *Pythagoræ*, & ab *Athenæo* ex diverſis ſcriptoribus collecta, in ſecundo Dipnoſophiſtων legimus, quibus ſatyricorum jocos facilius poteris adſequi de epulis & prandiis *Pythagoræorum*. Verum enimvero, non omnia quæ præcepta erant, *Pythagoricos* vitaviſſe, ab initio ex *Plutarcho* diximus. quare cætera exſequamur.

Cor *non edendum.*

NE cor edito: μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν. Quod ſymbolum ſic exponitur, non animum angoribus cruciandum, nec doloribus ſubinde affligendum. Et ut D. Cyrillus ait, Ne cor edas: hoc eſt, ne te ipſum conficias curis. *Homerus* de *Bellerophonte*, ut *Cicero* vertit,

Ipſe ſuum cor edens campis errabat Aleis.

Et *Phocylides*, apud ignem ſedentem cor fruſtra non minuendum, præcepit hoc verſu;

Μὴ δ' μάτην ὀπὶ πῦρ καθίσας μινύθης φίλον ἦτορ.

& quidem recte. Nam præterquam quod infirmam valetudinem, & corpori adverſam invehit, nec cogitatio-

num quoque ſtudiis liberum permittit eſſe animum. Non eſt igitur cor edendum, ſi ſimul & ſapere & valere cupimus. Sunt qui ideo ſymbolum à philoſopho inſtitutum velint, quod cordis caro ſuapte natura comeſa difficilius concoquitur. Quid ſi pro mente cor poſuerit? quo modo apud autores ſæpe in ſacris literis. ut illud, Si cor haberet: &, Ex corde cogitationes malæ; & ſimilia: ut intelligat, quæ mentis ſunt, non voranda, nec abjicienda. Ad hæc ſupra ex *Cyrillo* diximus, cor ſupra craticulam impoſitum, prunis & igne ſuppoſito, apud *Ægyptios* ſignificare iram furoremque. Sed quod non edendum eſſet cor, *Pythagoras* eadem ratione cerebrum non edendum, hoc eſt, ut Græce dicitur, μὴ ἐσθίειν ἐγκέφαλον, hoc eſt, Cerebrum ne mandito: quod ab aliis exponitur, oblivionem fugiendam eſſe. Verum *Iamblichus*: Cor ideo, ait, & cerebrum, mandi non permiſit *Pythagoras*, quod quaſi duo ſint duces, & quaſi gradus, ſedesve vivendi & ſapiendi. Illud notandum hoc loco, quod *Philon* ſcribit *Alexandrinus*, Deum nequaquam ſibi ſacra fieri præcepiſſe de corde, aut cerebro, quæ (ut ille ait) ante alia jure fuerant ſanctificanda. ſed quod Deus in ſacrificiis tacite, id expreſſe Philoſophus in menſa vetuit.

Sal apponendus.

SAlem apponito. hoc Græce dicitur, ἅλα παράτιθι. Hoc vero ſymbolo plerique omnes philoſophum præcepiſſe volunt, Amicitiam dirimendam non eſſe. Sal enim à putrefactione omnia conſervat, & ex puriſſimis liquidiſſimiſque rebus conſtat, aqua ſcilicet & mari: tametſi ex omni pene re ſalem chymici confieri tradunt. Sed noſtros nunc autores ſequor. Huic ſymbolo nonnihil congruit proverbium illud, quod eſt, Salem & menſam ne præterito: nam ſale & menſa amicitia

tia ſancitur. unde & noſtri reverentiam menſæ, pro quadam amicitiæ lege dicere conſuevere, ut *Juvenalis* & *Claudianus*: & longe ante hos *Euripides* in Hecuba, & *Theocritus* in Hylo. Sane & ſal amicitiæ ſymbolum eſt, unde & hoſpitibus ante alios cibos appoſuiſſe antiquos legimus, quo amicitiæ firmitas ſignificabatur: vel quia conſervat & perdurat ſal plerarumque rerum corpora: vel quia ut ex aquis multis & fuſilibus ſal cogitur, & in ſolidum quid & unum coaleſcit; ita ex diverſo convenientes animi conjunguntur. Sunt tamen qui hoc ſymbolo juſtitiam ſignificari putant, de qua ſupra per jugum & libram *Pythagoram* locutum oſtendimus: atq; hoc quidem *Diogenes* ex *Ariſtotele* & *Alexandro* prodidit. *Rheuclin* pertinere exiſtimat ad affectiones noſtras: Sal, inquit, nota modeſtiæ, quoniam in cibatu hominis admittitur nec plurimus nec minimus, nam utrumque reſpuitur. Salem præterea myſtice ſapientiam prudentiamque ſignificare legimus, atque ea de cauſa in quotidiano ſermone dicere conſuevimus, Omnibus in rebus ſal adhibendus. Sed & faceta & mordaci quodam lepore dicta ſalem, & ſales, noſtri ſæpe dixere. Quin & pro acrimonia ſal ſumitur, ut oleum pro mollitie. juxta quod *Ariſtoteles* ſecundo Rhetoricorum ait, τὸ ἔλαιον δεῖ πεῖσαι καὶ τὸς ἅλας: hoc eſt, oleum oportet redimi, & ſalem. Etſi codices quidam ἕλκε male, pro ἔλαιον, ſcriptum habent. Hoc vero loco tibi plura adferre poſſem, quæ ſunt de conſervatione, purificatione, aliiſque ſalis proprietatibus, quæ à *Plutarcho* in Sympoſiacis, & à *Dioſcoride* & *Plinio* referuntur; itemq; de varia ſalis differentia. quæ omnia brevitatis cauſa mitto. Verum nequaquã illud quod à *Platone* ſcribitur, præteribo; ſalẽ divinis rebus maxime convenire: iccircoq; ab *Homero* divinus ſal appellatur: id quod tamen ab *Hebræis Plato* accepiſſe videri poteſt, apud quos

quos *Moſes* omnia quæ in ſacrificio offeruntur, ſale condiri præcipit, cum ait, καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ὑμῶν ἁλὶ ἁλισθήσεται. id quod & alibi præcipit, nec ſemel, idem *Moſes*. Verum & nobis quoque in Evangelica hiſtoria, ſed & alio ſenſu dicitur, Omnis victima ſalietur. Apud gentes præterea, ad placandos deos ſal apponebatur. Unde apud Latinos *Ovidius* in Faſtis cecinit,

Ante deis homines quod conciliare valeret,
Far erat, & puri lucida mica ſalis.

Sed & nos ipſi Chriſtiani in ſacris luſtrationibus, & ſacramentis olei & aquæ, aliiſque ſimul & ſeorſum ſale uti jubemur. Unde mirum videri poteſt, *Ægyptios* ſale abſtinuiſſe, ut *Plutarch.* ſcribit, adeo ut & pane ſale condito non veſcerentur. Sane ebrios & delirantes oleo & ſale perungere ſolebant antiqui, quod in Nephelis *Ariſtophanes* innuit, ut ejus obſervant interpretes. Vinum præterea conſervari audimus, ne ſtupeſcat, neve aceſcat, ſi in eo ſal indatur. Sed de ſale ſatis.

Panis non frangendus.

PAnem ne frangito. Hoc Græce dicitur, ἄρτον μὴ καλαγνύειν. Quidam ſic interpretati ſunt, quod non ſit hominis vita diſtrahenda & conſumenda, ea ſcilicet ratione, quod panis ſit vitæ humanæ ſubſidium: juxta illud Dominici oraculi, ἄρτον ἐπιούσιον, quod Latini quotidianum panem quam ſubſtantialem vertere maluerunt. Aliis placuit ita interpretari, ut eo ad concordiam communionemque conſervandam inducamur. nam ut ex multis granis unus panis conficitur, unde eſt homini nutrimentum: ſic ex multorum voluntate & conſenſu communio & concordia conflatur: quibus ita parvæ res creſcunt, ut contrà maximæ dilabuntur. Sic vero alii exponunt: Quo pacto ex pane victus conſtat

conſtat humanus, ita ex concordia amicitia & pax. Sumptum videri poteſt, ut *Iamblichus* & *Diogenes* tradunt, quod ad panem veteres amici in unum coibant, quemadmodum etiam nunc Barbari, ait *Laertius*. quo loco videtur Chriſtianos ſignificare, qui ad unum ſacrum & cœleſtem panem in primitiva eccleſia conveniebant. Et quo ſcripſit tempore *Laertius* & *Iamblichus*, frequentius Chriſtiani quam nunc, plurimorum frigeſcentibus animis, ad εὐχαριστίας ſacratiſſimum CHRISTI panem conveniebant: vel certe eo loco *Laertius* Chriſtianorum antiqua illa convivia inſinuat, quæ à dilectione & charitate Græco ἀγάπης nomine (teſte *Tertulliano*) vocabantur. Scribit tamen *Qu. Curtius*, cum *Alexander Macedo* *Roxanis* amore captus, eam uxorem duceret, eum in medio cupiditatis ardore juſſiſſe adferri patrio more panem, quod erat apud *Macedones* ſanctiſſimum coeuntium pignus, quem panem diviſum gladio uterq; libabat. Credo, inquit *Curtius*, eos qui gentis mores condiderunt, parco & parabili victu oſtendere voluiſſe jungentibus opes, quantulo contenti eſſe deberent. Sed ut ad ſymbolum redeam, Non comminuendus & frangendus panis, id eſt, pax & communio, ex quibus otium & vitæ tranquillitas populis præſtatur. At quam parva ex cauſa, ne momento dicam, hoc noſtro tempore, non à populo & plebe modo, ſed à Regibus, & ipſis Pontificibus, panis frangitur, & in fruſta & micas conſcinditur, divellitur: cum eorum una ea potius cura ſtudiumque eſſe deberet, ut panis nuſquam frangeretur! id quod cum alias, tum nuper quoque vidimus, cum ea cauſa totus pene Chriſtianus orbis diſcordiarum & bellorum turbinibus agitaretur: quibus de rebus quotidie communis hoſtis aliquam ex noſtris regionem ſuæ adjungit tyrannidi. Sed quid hæc ego breviore orationis filo deflenda, attingo: cum id multo me eloquentiores viri

viri, elegantiſſimis orationibus fruſtra & ſæpe officium præſtiterint? Sed vide quam ab hujuſmodi *Pythagorica* ſuperſtitione noſtra ſit religio & pietas aliena, quæ in fractione panis maxime conſiſtit, id etiam *Luca* atteſtante: Perſeverantes, inquit, erant diſcipuli in fractione panis, hoc eſt, in communione. Sane *Anaximander*, *Anaximandri* filius, *Mileſius* junior, hiſtoricus, qui per tempora *Artaxerxis* cognominati *Armymonos* ſcripſit ſymbolorum *Pythagoricorum* interpretationem, de integro & ſolido pane non comedendum, ſymbolum pronunciabat: hoc eſt, ἀπὸ ὁλοκλήρου ἄρτου μὴ ἐσθίειν: quod nobiſcum, id eſt Chriſtianis, fere convenire videtur. Sed & apud *Plutarchum* in Sympoſiacis, *Lucius Tyrrhenus* eos *Pythagoricos* reprehendit, qui in amicorum ſociorumq; cœnis panem non frangebant.

Cibum ne in ſcaphium immittas.

NE cibum in ſcaphium ſeu matellam injicito: quod Græce ſic enunciatur, τρίπον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. Eſt vero amis apud Græcos, vas in quo urinam & excrementa deponuntur: qua ex cauſa quidam ſymbolum ita interpretantur, ſordidos ac inſhoneſtos homines non eſſe nutriendos. Sed *Plutarchus*, ſapientem ac urbanum ſermonem non immittendum eſſe ait in flagitioſi & ſcelerati hominis animum: nam nec inter ſues, ut ſacro docemur ſermone, ſpargendæ ſunt margaritæ. Cibum quoque interpretantur ſacri ſcriptores, locos qui in ſcripturis difficiliores videntur: quod eos quaſi diutius mandere oporteat, qui recte intelligere, & penitus ſcrutari velit. Recte igitur monemur, ne in vas ſtercorarium & ſordidum, quæ animum noſtrum paſcunt & nutriunt, cibaria immittamus.

Gallum

Gallum nutrias, ne tamen ſacrifices.

GAllum nutrito quidem, ne tamen ſacrificato: eſt enim ſoli & lunæ dicatus. Et hoc ab aliquibus inter ſymbola repoſitum eſt. Sunt qui hoc dimidiatum tantum efferant, hoc eſt, Gallos enutrias. Sunt quidem inter ea quæ præcepta dicenda ſunt potius, quam ſymbola: quanquam & ſymbola præcepta, ut de aliis etiam quibuſdam obſervavimus. Nihil enim aliud hoc loco quidam *Pythagoram* intellexiſſe volunt, quam gallum ipſum. Si quis tamen altius & hoc conſiderare voluerit, ad reliquorum ſymbolorum rationem modumque interpretari poterit, ut ſcilicet nos philoſophus moneat, gallos nutrire, hoc eſt, ut patruus magnus tuus(*Pice*) ſcribit in oratione, ut divinam animæ noſtræ partem, divinarum rerum cognitione, quaſi ſolido cibo & cœleſti ambroſia, paſcamus. Sed ſi tam alta negligis, exponas ab hoc diverſo modo: Gallos, id eſt milites ac bellatores homines, in civitate habendos eſſe, & in contubernio retinendos, non tamen rei ſacræ cauſa. ſeu urbis vigiles & cuſtodes intelligas, quando ii per gallos ſignificari videntur. Nam & fabulæ gallum *Marti*, rei bellicæ & militiæ præſidi, comitem ac ſatellitem fuiſſe tradunt, ut ex *Luciani* Gallo, in *Auſonii* poetæ gripho ternario pridem docui. Quod vero ſoli & lunæ dicatus ſit, id innuit, quod tempori hoc hominum genus inſervit, quod per ſolem & lunam intelligitur: vel quod nos gallus ſuo cantu admoneat. Alius aliam comminiſci poterit expoſitionem, ut glorioſos & ſtolidos homines, nimiúq; ſibi arrogantes habẽdos illos quidẽ, & nõ penitus ejicieñdos: non tamẽ ad ſacra, i.e. arcana admittendos, minuſq; in ſeriis & gravioribus ſermonibꝰ & rebus habendos. Quod ſecus tamen hodie à pleriſq; regibus & prin-

principibus fieri conſpicimus. Alius amantes, & qui continue amore depereunt, interpretari per gallum poterit: quo pacto videntur ſignificaſſe *Athenienſes*, cum *Anterotis* aram conſtituerunt, in qua pueri nudi & formoſi ſignum inerat, in ulnis geminos ſuſtinentis generoſos gallos, & ſe in caput impellentes, quibus *Timagoram* & *Meletam*, ſeu *Melitum*, (utrumque enim legimus) qui amore perierunt, ſignificabant. Hiſtoria notiſſima apud *Pauſaniam*, & *Suidam*. quanquam nonnihil inter ſe varient, ille in *Attica*, hic in dictione *Melitus*. Nec te id hoc loco latere velim, quod etiam de gallo gentes rem ſacram facere conſueverunt, eumque vel inprimis *Æſculapio* mactabant; quod & *Socratem* teſtamento caviſſe, apud *Platonem* legimus: cujus rei & *Euſebius*, *Tertullianus* & *Lactantius* meminere. *Artemidorus* quoque in libro Onirocriticωn quinto, ſomnium cujuſdam narrat, qui gallum *Æſculapio* vovit, ſi ſanus foret. *Ovidius* tamen in Faſtis, *Nocti* à *Romanis* gallum cedi, his verſibus ait,

Nocte deæ Noctis criſtatus cæditur ales,
Quod tepidum vigili provocet ore diem.

Mercurio tamen gallum attribuit *Fulgentius*, ob mercatorum videlicet vigilantiam. Eſt & apud *Plutarchum* traditum, *Lacedæmonios*, cum hoſtes profligaſſent, gallum ſacrificare ſolitos. Verum ne à propoſito aberremus, ſcribunt *Laertius* & *Suidas*, gallum album non attingendum, inter ſymbola eſſe: hoc eſt, ἀλεκτρυόνα μὴ ἅπτεσθαι λευκὸν· quod *Jovi*, inquit, ſacer eſt, & lunæ, atque horarum nuncius, & diei. Meminit & *Plutarchus* quarto Sympoſiacωn, ſed cauſam non adfert. Vide quæſo quam ſuperſtitioſe gentes ante CHRISTI lucem degerunt. Scribit *Pauſanias* in Lacon. *Methanam* urbem ad Iſthmum, in qua cives contra Africum, vineis floreſcentibus ac germinantibus infeſtum, galli pennis albis

albis ac niveis remedio uſos fuiſſe, quem gallum homines in diverſa trahentes diſcerpebant, per vineas diſcurrentes: demum in eundem locum redeuntes, ubi diſcerpſerant, gallum ſepeliebant. adeo hi diverſi fuere à *Pythagoræ* inſtitutis, quem tradunt gallum album adeo amaſſe, ut ſi quando videret, fratris germani loco ſalutaret, & apud ſe haberet: ſuis vero ſectatoribus, qui civiles, id eſt politici dicti ſunt, permiſiſſe ait *Iamblichus*, ut gallum, agnũ, & alia quædã paulo ante nata, præter vitulum, rite ſacrificarent. Idem fere ſcribit *Suidas*. Sed & *Laertius*: Sacrificiis, inquit, utebatur *Pythagoras* inanimis. Sunt qui dicánt, gallis gallinaceis, & hædis etiam lacteolis, quos teneros dicunt, agnis autem minime. Cæterum *Ariſtoxenus* apud *Gellium* cuncta illum animata in cibum permiſiſſe ait, bove aratore & ariete exceptis. Idem ſcribit *Suidas*, qui & illud ait à *Theoclea* ſorore, vel potius (ut eſt apud *Laertium*) *Themiſtoclea*, hæc placita illum ſumpſiſſe. At vero Chriſtiani theologi nonnulli, ut de noſtris quoque nonnihil adferam, per gallos concionatores & divinos homines intelligunt, qui nobis verba ſalutis enunciant, quique jacentibus in tenebris & umbra mortis lucem, qui Deus eſt, prænunciant, & à nobis mentis noſtræ veternum ac torporem ſuo cantu excutiunt.

Non frangendi dentes.

NE dentes frangito: hoc eſt, quod Græce dicitur, ὀδόντας μὴ κατάγνυειν. Monuiſſe nos puto philoſophum hoc ſymbolo, ne in quenquam obtrectantes maledicenteſque ſimus. Nam & genuinum frangere eodem pene modo Latini dixere ſcriptores, uti & apud *Perſium* ſatyricum, & D. *Hieronymum*. *Martialis* etiam in obtrectatorem: Quid dentem dente juvabit rodere?

&

& *Horatius*, dentem *Theoninum* pro maledico dixit in Sermonibus. Unde & apud *Vſiten Jobum*, D. *Gregorius* illud exponit, Per gyrum dentium ejus formido; de eo qui contra CHRISTUM futurus eſt *Antichriſtus*. Sed *Iamblichus* ea cauſa *Pythagoram* monuiſſe innuit, quod dentes exiſtimaret primam eſſe geniturarum humidæ naturæ, & nutrimentum quoddam communis & prioris, ut ait, materiæ.

Non cuique dexteram facile porrigendam.

NE cuique dexteram facile porrigito. hoc eſt Græce, μὴ ῥᾳδίως παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν. *Ficinus* hoc modo tranſtulit, Dextram ne ad omnia facile injicias. *Eraſmus*, ut puto, *Plutarchum* ſecutus, ῥᾳδίως particulam non adſcripſit: quod nec multi refert. *Suidas*, nec παντί. Exponitur vero ſymbolum hoc: Non oportere temere, nec inconſulto cum omnibus amicitiam inire, nec in adſciſcendis amicis præcipitandum. Id quod etiam notiſſimo verſiculo edocemur:

Nec cito diſſilo, nec temere incipio.

Idem præcipit *Plutarchus*. Convenit etiam cum ea *Solonis* ſententia, quæ eſt apud *Laertium*: Nec cito tibi compares amicos: cum paraveris, ipſe nec relinque. hoc eſt, ut ille Græce dixit, φίλους μὴ ταχὺ κλῶ· οὓς δ' ἂν κλήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. Sane porrigere & dare dexteram, proverbii vice dicimus, ſuppetias auxiliumq; ferre: Dare vero manus, victum ſe fateri: Manum injicere, vim inferre: Manus addere, deridere. Sed hæ Grammaticorum figuræ ſunt loquendi. Dextera inſuper pro bono opere in ſacris literis aliquando legitur. Dicimus & dextera & læva in auguralibus. Verum jam ſatis.

Ne

Ne coronam decerpas.

COronam ne carpito: quod Græce dicitur, στέφανον μὴ δρέπειν. *Rheuclin*, Coronam ne carpſeris: ita & *Eraſmus*. Hoc ſymbolo *Pythagoras* monebat, ut *Cyrillus* & *Hieronymus*, alique tradunt, diſcipulos, ne urbium civitatumque, in quibus eos eſſe contingeret, leges decretaque offenderent, neve violarent, ſed ea cuſtodirent, aç inviolata ſervarent: neve magiſtratus principeſque urbium, qui & hodie per coronarum & diadematum inſignia ſignificantur, laceſſendo provocarent. Id quod & noſtri Chriſtiani proceres ſuis ſcriptis à principio præceperunt. Tametſi hoc ipſum non obſervaſſe *Pythagoram*, cum alii, tum *Tertullianus* adſerat, ut qui tyrannidem adfectaverit apud *Crotoniatas*.

In cinere ollæ veſtigium confunde.

OLlæ veſtigium in cinere confundito: quod Græce ſic habet, χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ. Hoc ipſum ſymbolum nos monet, poſt inimicitias nullum iræ veſtigium ſeu ſignum nos ſervare debere: & ut in Sympoſiacis ſcribit *Plutarchus*, ipſa ceſſante iracundia, ejus omnem memoriam abolendam. Malorum etenim, ut ille ſapienter cecinit, iram eſt meminiſſe. Id etiam nunc quidam obſervant, ut cum primum ad ignem accedunt, ſi ollæ adſit veſtigium, ſtatim conturbent. Poſſet & fortaſſe quiſpiam alius aliter interpretari, hoc eſt, ut eſt prophetæ vaticinium, olla igne & carbonibus ſuccenſa: hoc eſt, cor plenum curis & ſolicitudinibus. Olla pro corde, cinis pro pœnitentia interdum apud ſacros ſcriptores ſumitur.

Herbam Molochen ſere, ne tamen edas.

HErbam Molochen ſerito, ne tamen mandito. *Politianus* vero ita Latine vertit : Malvam, inquit, transferto, ſed eam ne comedito. Sed *Ficinus*, Herbam Molochinam (inquit) ſere, ne tamen edas: uſus videlicet vocabulo, quo *Arabes* utuntur, parum à Græco deflexo. Videtur quidem *Pythagoras* hoc ſymbolo nos ad manſuetudinem & placabilitatem invitare apud cæteros : at non ita erga nos ipſos, in quos acres judices eſſe debemus. nam cum Moloche herba ſit inter malvæ ſpecies, cujus virtus eſt mollire & ſolvere, facilitatem ac mollitudinem, ut ſic dicam, innuere videtur. Quin & apud Barbaras nationes hoc tempore ipſa Molochia vocatur, paſſimque in *Africa* & *Babylone* per fora & vicos venditari ſolet. Molochen cum ſole circumagi, cum Græci tradunt, tum ſuo carmine *Modeſtus Columella* cecinit:

Et Moloche prono ſequitur quæ vertice ſolem.

Molochinum colorem ab herbæ hujus flore *Nonius Marcellus* interpretatur : ab eadem & *Plinius* Molochiten gemmam. Malache enim, & Moloche, ut eſt apud *Athenæum*, malva eſt. Tametſi ab his nominibus, quidam malvæ duo genera conſtituunt : Molochen ſcilicet majorum foliorum in ſativis, Malachen vero è ſylveſtribus. *Dioſcorides* quidem hortenſem, & cherſæam, id eſt terreſtrem facit, libro ſecundo, quo loco & nomina & vires earum exſequitur. Sed & aliæ præterea ejus ſunt ſpecies, quas non eſt cur hoc loco tibi perſcribam : non enim hoc noſtrum eſt inſtitutum. Illud certe te ſcire volo, pleraque ex his ſymbola & ænigmata à ſimilitudine quadam intelligi & exponi debere, quod & alicubi *Plutarchus* prodidit. Quale eſt illud, quod de nubentibus

tibus dici vulgo ſolebat, Seſamum aut hordeum ſere, aut projice: cum fœcunditatem, & multiplicem generationem ac fœtum ſignificare volebant. Sunt enim hujuſmodi ſemina multæ fœcunditatis, & ut Græci dicunt, πολύγονα. Sed quod de ſeſamo dicimus, aliqui ex eo placentam fieri ſolitam in nuptiis, eadem ratione tradunt.

Unguium criniumque præſegmina urina non inſpergenda.

UNguium criniumque præſegmina ne commingito, neve inſiſtito: quod ſic Græce dicitur, Ὄπουχίσμασι χὴ κυρᾶις μὴ ἐπιρρεῖν, μηδὲ ἐφίσασθαι. Hoc ſymbolum cum non expoſitum ab antiquis ſcriptoribus *Eraſmus* inveniſſet, ita ille ſua ſententia abſolvit, ut amicos & cognatos dicat, tametſi humiles atque abjectos, non tamen ſpernendos. Idem ferme & *Rheuclin.* Quid vero dicas, ſi non calcandam, nec penitus negligendam rerum externarum curam, ſuo hoc ſymbolo nos *Pythagoras* monere voluerit? & jccirco etiam, ut ſcribit *Iamblichus*, in die feſto nec ungues ſecari, neque crines tonderi volebat: quam ſuperſtitionem & hodie à pleriſque cuſtodiri anxie videmus. At vero contrarium ſignificare ſymbolum videtur, ſi, ut *Ficinus* tranſtulit, enunciemus. ita enim ille: Capillorum & unguium ſuperfluitates, poſtquam abſcideris, peſſunda. ac ſi innuat, de externis minime curandum. *Theodoritus* quoque apud Græcos inſignis theologus, mortalitatis ſymbolum capillos habere, his verbis ait: Capilli (inquit) mortalitatis ſymbolum; mortui enim ſunt, nec doloris ſenſum habent. Diverſe inſuper à *Ficino* in Lamia ſymbolum *Tolitianus* protulit: Unguium, inquit, criniumque tuorum præſegmina ne commingito, ſed in ea deſpuito.

Adverſus ſolem ne mingas.

CONtra ſolem ne meiito: ſic *Politianus*, quod eſt Græce, πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμιχεῖν, hoc eſt, Verſus ad ſolem ne meiito. Hoc ipſo utique ſymbolo diſcipulos monet Philoſophus, ut omnibus in rebus, omnique loco pudorem verecundiamque ſervent. *Eraſmus* tamen ad Magos pertinere arbitratur, ex *Plinii* ſententia, qui ait eos vetare, cjus cauſa contra ſolem lunamque nudari, aut umbram cujuſquam ab ipſa adſpergi. quo in loco & *Heſiodi* poetæ carmen adfert. Sane quia in lotii hoc loco mentionem incidimus, *Oſthanes Perſa* illud contra mala medicamenta omnia promiſit auxiliari, matutinis horis ſuum cuique ſtillatum in pedem. Ejuſdem vero lotii perfuſione maleficia atque incantamina averti ſolere gentes credidere. Unde harum rerum *Apuleius* peritiſſimus, libro primo de Aſino, *Ariſtomenem* ſcribit à veneficis ſagiſque mulieribus lotio fuiſſe perfuſum. Id etiam manifeſtius in divorum hiſtoriis colligimus. nam cum arte magica Chriſtiani, miranda quæ faciebant, patrare exiſtimarentur, lotio inſpergi jubebantur; quo modo *Numeriano Cæſare* jubente, *Chryſanthus*, & *Luſia Syracuſana* virgo, item Ss. *Julianus* & ſocii martyres, equæ urina conſpergi juſſi. Verum ad avertenda maleficia, & unctio adipis, & abraſio capitis amuleta eſſe traduntur. Alias tamen lotii perfuſio ignominiæ cauſa eſt etiamnum hoc tempore. Notiſſima hiſtoria apud *Tranquillum* de ſacris *Iſiacis*. Sed jam & nos aliam ſymboli adferamus interpretationem. Sol in ſacris literis pro Deo ſæpe accipitur. Non (opinor) igitur errabis, ſi ita expoſueris, ut non ſint in Dei conſpectu, vel coram eis qui nobis Deum ipſum repræſentant, ea facienda, quæ parum honeſte & decore fiunt. Sedenim quoque *Jo. Picum* illum magnum patruum tuum, duo hæc *Pythagoræ*

goræ ſymbola conjunxiſſe video, & enodaſſe : Cavenda, inquit, inprimis duo nobis *Pythagoras* ſignificat, ne aut adverſus ſolem emingamus, aut inter ſacrificandum ungues ſecemus : ut ſcilicet, poſtquam per moralem animæ partem, & ſuperfluentium voluptatum fluxas eminxerimus appetentias, & unguium præſegmina, quaſi acutas iræ prominentias & animorum aculeos reſecuerimus, tum demum ſacris operemur ; & cætera quæ ſcripſit *Picus* tuus. Poſſumus & hoc ita interpretari; Ne ſeces ungues : ne in rebus ſupervacuis & ſordidis occuperis inter ſacrificandum. nam & à *Marſilio* ita pronunciatur, Juxta ſacrificium ne incidas ungues.

Non adverſus ſolem loquendum.

AD ſolem verſus ne loquitor. ita Græce enunciatur, πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ λαλεῖν. Quod ſic fere exponitur: Non eſſe in manifeſtis rebus, & in his quæ in aperto ſunt, repugnandum. quid enim eſt ſole clarius ? Uſu quoque comprobatum eſt, eum in diſciplinis reliquis, nedum in re literaria, non multum profecturum, qui manifeſtæ veritati contumax repugnat. Adverſus ſolem (inquit *Rheuclin*) ne loquaris, ne videlicet incidas in periculum: quod recte monet illud, Acutum gladium declines. id fit, ſi honeſta verecundia utaris in publico : cujus hæc nota eſt, adverſus ſolem ne meiito, cujus paulo ante meminimus. Verum quoniam ſupra diximus, ſolem pro Deo interdum accipi, poſſis & hoc ita interpretari, adverſus divinitatem non eſſe loquendum. Neq; hoc loco te id latere velim, hunc Hebræorum eſſe loquendi morem, ut aliquid contra ſolem fieri dicant, quod in conſpicuo & aperto fiat. ut eſt illud apud *Moſen*, quod 70. κατ' ἔναντι ἡλίου: *Hieronymus* noſter, Contra ſolem, tranſtulit.

Non in meridie dormiendum.

IN meridie ne dormito : quod Græce ita habetur, μὴ δεῖ καθεύδειν ἐν μεσημβρίᾳ. Hoc ſymbolo videntur monuiſſe *Pythagorici*, non eſſe in manifeſta luce connivendum, neque ſtertendum tum cum aperta nobis eſt lux. Nam & *Olympiodorus* in *Platonis* Phædone, ait ideo à *Pythagoricis* ſtatutum, non eſſe in meridie dormiendum, quoniam ſol ea hora validiſſimam ſuam oſtentat efficaciam. Eadem fere ratione, eodemq; *Olympiodoro* autore, lege apud *Athenienſes* cautum fuerat, ne de quopiam interdiu necis ſupplicium ſumeretur.

Cum è lecto ſurgis, ſtramenta confunde.

CUm è lecto ſurgis, ſtragula complicato, veſtigiumque corporis confundito. ſic *Politianus*. Alii: Stramentis ſurgens, ipſa colligito, figuramque confundito. Sed vide quam concinnius hoc Græce enuncietur, ἀναστὰς ἐξ εὐνῆς ζωτάραξιν τὰ στρώματα. Commodius igitur, ſi ſic verterimus : E lecto ſurgens, ipſa conturbes ſtragula. nam & *Eraſmus* ſic : Surgens è lecto, veſtigium corporis confundito. Idemque ipſe ſignificare ait, quod illud de complicandis ſtragulis : id quod paulo poſt declarabimus. Sed viderit *Eraſmus*, an recte. *Rheuclin* inſomnia tranſtulit, ut paulo poſt dicemus. *Plutarchus* quidem in Sympoſiacis, hoc & ipſe ad pudorem & thalami reverentiam pertinere ſcribit. Sed certe hoc in uſu eſt quotidiano apud ingenuos, & præcipue in *Hetruria*. At mea quoque ſententia ſymbolum commode ſic expones : Surgens à lecto, ac ſi dicat, è ſomno mortalis hujuſce vitæ, erigenſque te ad diei lucem, hoc eſt, ad cœleſtium divinarumque rerum contemplationem,

nem, ſtragula complicato, hoc eſt, corporeos ſenſus deſerito;(id ſic enim quidã interpretantur;)& perinde corporis veſtigium & ſtragula confundito, hoc eſt, ne ad momentanea & mortalia, ſenſuique obnoxia reſpexeris, eorumve memineris: nam & in re ſacra perficienda eadem ferme præcipiet, ut plane eo loco oſtendemus. Non poterit ergo recte philoſophari, qui fluxarum rerum curam non abjecerit. nam & ſacri interpretes, per lectum & grabatum carnis voluptates exponunt.

Cantibus utendum ad lyram.

CArminibus utendum ad lyram: hoc eſt, ὠιδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν. Inſtitutum *Pythagoræ* fuiſſe legimus, ut ante ſoporis initium, ad lyram cantibus uterentur, ne videlicet perturbatis moleſtarentur inſomniis: quæ ſi forte irruiſſent, ſurgentes juſſit lecti ſtragula excutere ac convolvere; hoc eſt, inſomnia glomerare, in unumque rejicere, ut ſcribit *Theuclin*, ne remorata gravarent. Sane ut ſcribit *Cicero* primo de Divinat. & repetit *Gellius* in 4. *Plato* ſic jubet ad ſomnum proficiſci corporibus adfectis, ut nihil ſit quod errorem animis, perturbationemque adferat. Per lyram vero ſignificabant honeſtam quandam temperantiam; nec ſeſe perturbationibus nimiis dedere jubebant, cum dicerent, neque riſui neque triſtitiæ manus dedendas: quod & *Laertius*.

Stragula ſemper convoluta ſunt habenda.

STragula ſemper convoluta habeto: hoc eſt, quod Græce habetur, τὰ στρώματ' ἀεὶ συνδεδεμένα ἔχειν. *Eraſmus* ad verecundiam refert, quaſi indecorum ſit incompoſita habere ſtragula. Age, cur tibi præcipue,

quod ſentio, palam non adfero? Ego potius nos monere voluiſſe *Pythagoram* crediderim, ut parati atque expediti ſemper ſimus, quaſique in procinctu, tanquam peregre abituri. nam & in caſtris, cum migrandum eſt, omnia convoluta habere, & colligata, convaſataque ſolemus. Verum tamen hæc ad animum transferamus, ac ſi ab hac mortalitate ſit migrandum, ne nos imparatos mors offendat. Quid ſi nos moneat, cum non firmam hic & ſtabilem manſionem habeamus, & varii plerumque caſus immineant atque impendant, ut parati ſemper ſimus, quocunque locorum peregrinandum ſit, ſedeſque mutandæ: noſque in nobis ipſis omnia noſtra poſita habere debere, omneſque fortunæ caſus longe virtute inferiores eſſe ducere: & demum tales nos eſſe, quales erant illi, qui ſua ſecum bona omnia in patriæ direptione ferre adſeverabant? (duos quippe philoſophos idem dixiſſe comperimus,) quod quidem tu ſymbolum à parente puer, maximo ac rariſſimo exemplo, perdiſcere potuiſti.

In via ne ligna feces.

IN via ne ligna ſcindito: quod ſic Græce habet, ὁν ὁδῷ μὴ σχίζειν ξύλα, ut legitur apud *Olympiodorum*. Hoc vero *Pythagorici* monentur, eodem autore, ne vitam nimiis curis diſcrucient, ac inanibus cogitationibus agitent. Via enim, vitæ humanæ curſum; & lignum, fortem animum, etiam in ſacris literis ſignificare videmus. *Reuclin* tamen ait, nos moneri, ne publica, & quæ ſunt univerſitatis turbare velimus.

Injuſſu imperatoris ex præſidio non decedendum.

ABſque Imperatoris mandato, ex cuſtodia non recedendum. Quod Græce ſic effertur, ἄνευ προστάγ-

ματος

μαλ⊙ τῦ αὐτοκράτ⊙ ὃν τ φρουρᾶς μὴ ἀναχωρεῖν. Quod ſuis ita verbis in *Catone M. Tullius*: Injuſſu, inquit, Imperatoris de ſtatione & præſidio ne decedas. Hoc vero ſymbolo *Pythagoras* auditores monere volebat, eos non debere ſponte ex hac vita migrare. per Imperatorem enim, Deum immortalem, moderantem omnia, atque regentem: per ſtationem & præſidium, vitam qua vivimus, intelligere volebat. Atque ita quidem *Cicero* exponit, qui & in libris de Republ. in hunc prope modum loquitur: Quare (ait) retinendus eſt animus in cuſtodia corporis, nec injuſſu ejus, à quo ille eſt nobis datus, ex hominum vita migrandum eſt, ne munus adſignatum à Deo defugiſſe videamini. Atq; hæc ille quidem totidem verbis. Hanc eandem ſententiam, ſed paucioribus verbis, eundem ſignificaſſe *Pythagoram*, oſtendit *Olympiodorus*. ait enim eum præcepiſſe, quempiam ſeipſum non educere debere: hoc eſt, ut ille refert, μὴ ἐξάγειν ἑαυτόν. Eadem & *Plato* ipſe, & qui ab eo ſunt philoſophi. Sunt & his ſimilia, quæ nobis ſunt lege divina præcepta. Eadem & *Hebræi*. Unde elegans illa oratio apud *Egeſippum* de *Joſepho Matthathiæ*, quem in lacum concluſum à *Romanis* militibus, comites hortabantur, ut ſibi manus inferret potius, quam in hoſtium manus veniret. quam orationem idem ipſe *Joſephus* in ſua hiſtoria copioſe eſt exſecutus.

Elixum ne aſſes.

Quod elixũ eſt, ne adſato: quod forte ſic Græce, ἑφθὸν μὴ ὀπτᾶειν. *Iamblichus* autem fere ſic exponit: Benignitatem ac manſuetudinem ad iracundiam non inducendam. Mitia enim, elixa eſſe dicuntur: Aſſa vero & toſta, immitia & iracunda. Sunt & qui hoc deſumptum exiſtiment à *Perſarum* Magis, apud quos, ut jam diximus, *Pythagoras* aliquamdiu eſt diverſatus, & inſtitutus.

Gladium

Gladium acutum averte.

GLadium acutum avertito: quod Græce legitur, ὀξέλαν μάχαιραν ἀποστρέφειν. Quod ſymbolum ex re potius, quam ex verbo interpretatus eſt *Marſilius*, Acutum omne abs te dimove. *Rheuclin*, Gladium acutum declines. Sic vero fere ab omnibus exponitur: ab his qui periculum adferunt, vel adferre poſſunt, abſtineto, cavetoque; & quæ nocitura tibi vides, avertito. Qua ratione & *Moſes* gladium flammeum dixit & verſatilem, qui lignum vitæ cuſtodiat: id eſt, divinam ultionem, ut ante meminimus. Quidam & gladium, malam linguam interpretantur: quo modo & illud *Jobi* exponunt, De gladio oris liberabit: quæ & alibi gladius anceps dicitur.

Quæ ceciderint, ne colligito.

QUæ ceciderint, ne tollito: quod ſic Græce legitur, τὰ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι. *Diogenes Laertius* hoc quoque inter ſymbola connumerat, idque interpretatur à *Pythagora* imperatum, ut modeſte ac decenter nos eſſe doceret, & moderate veſci. adducitque *Ariſtophanem* poetam in heroicis, qui ea quæ de menſa caderent, heroum eſſe dixerit. Obſervatur & hodie à pleriſque ſymbolum, ut quod ſemel è menſa ceciderit, nec ipſi edant, nec colligi patiantur: id quod ab hoc *Pythagoricorum* more effluxiſſe videri poteſt. Quem tamen morem ſi ad animum & animi cibum convertamus, non ſuperſtitioſum videri poterit. Hujus & *Suidas* ſymboli meminit, illudque ſic protulit, τὰ πίπτοντα ἀπὸ τῆς τραπέζης μὴ ἀναιρεῖσθαι, & eadem ferme quæ *Diogenes* adfert. Sunt & qui ſic efferunt, μὴ γεύεσθαι ἃ ἂν ἐκτὸς τῆς τραπέζης καταπέσῃ: hoc eſt, Ne guſtate quæcun-

quæcunque in menſa deciderint. Porro *Reuclin* ſic ipſe ſymbolum interpretatur, Quæ deciderint, inquit, ne tollito: hoc eſt, non decere quenquam ſuarum rerum ardentiorem eſſe amatorem.

Non coacervanda ligna cupreſſina.

LIgna cupreſſina ne coacervato: quod ſic Græce dicas, κυπαρίσινα τὰ ξύλα μὴ συσωρεύειν. Vel ut *Hermippus* legit apud *Laertium*, ἀπέχου τοῦ κυπαρισσίνης. A paucis quidem hoc inter ſymbola connumerari vidi. id tamen quoniam nos comperimus, hic ideo adſcripſimus. Videtur vero *Pythagoras*, vel quiſquis adſcripſit, nos admonere, ne ex ſacris rebus, & Deo diviſq; conſecratis, nobis opes deliciaſque comparemus: neve eas in noſtros & proprios uſus convertamus. Nam & ex cupreſſo, inquit *Iamblichus*, & repetit *Hermippus*, *Jovis* ſceptrum conficitur. Sacra quoque à prophanis indigne uſurpata, & male parta ſimul & alia prophana deſtruere ac diſſipare, & vulgo creditum, & jam pene perſuaſum. Sed & id conſiderandum, ne fortaſſis ſymboli autor nos monitos eſſe velit, ne de ſepultura ac funere nimis ſoliciti anxiique ſimus. Cupreſſus enim, ut noſti, Diti ſacra eſt, & funeribus indicandis vetere inſtituto, ante ædium fores affigi ſolita fuit.

Imparia ſuperis, paria inferis ſacrificato.

PLutarchus & hoc *Pythagoricum* ænigma eſſe ait: Cœleſtibus imparia ſacrificato, inferis vero paria. hoc eſt, τοῖς μὲν οὐρανίοις περισσὰ θύειν, ἄρτια δὲ τοῖς χθονίοις. Quod cum *Plutarchus* non explicet, *Eraſmus* ipſe adfert, quod idem *Plutarchus* in Quæſtionibus ait, primum videlicet menſem deis cœleſtibus habitum ſacrum,

crum, ſecundum vero deis inferis, in quo & luſtrationibus quibuſdam uti mos erat, & mortuis parentabant. Quin etiam totius menſis tres dies principes & atri res eſſe voluerunt: & reliqua quæ ille docte adfert. Porro apud *Virgilium* notant eruditi de pari & impari numero multa, quæ ad hunc locum faciunt. Lege *Macrobium* & *Servium*, & quæ ſupra de ternario diximus, & quæ infra dicemus.

Ex imputatis vitibus ne deis libes.

NE ex imputatis vitibus deis libato. Sic vero Græce habetur, μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων. Docet hoc ſymbolo philoſophus, ut actiones noſtras Deo immortali purgatas offeramus: quando illi nihil eſt gratum, quod non purum ſit, & expurgatum. *Hebræorum* quoque maximus & philoſophus & rex *Solomon*, vineam ſeu vitem hominis ſtulti, vitam intelligit, quæ ſine doctrina eſt & bonis operibus. Verum hoc quod de vite imputata dicimus, non *Pythagoræ* tantummodo præceptum fuit, verum & antiquorum legibus cautum. Cujus rei meminit *Plinius*. *Maurus* vero *Servius* in ſacris dici ait, ut is furore corripiatur, qui de vino ſacrificaverit, quod de vitibus eſſet imputatis. *Romani* etiam, ut *Plutarchus* ſcribit, *Jovis* ſacerdotem ſub vitem ingredi noluerunt, quod eum ſcilicet ebrium fieri non deceret. Eundem & hederam attingere religio fuit, quod hederam ſpiritum quendam habere exiſtimabant, quo hominum mentes in furorem agantur. *Plutarchus* idem in *Numa* putavit, regis fuiſſe inſtitutum, non *Pythagoræ*, & hoc quod ſtatim ſubjungemus. Sed de his jam ſatis: quare jam cætera.

Non

Non ſine farina ſacrificandum.

NE ſine farina ſacrificato. Præcipiebat *Pythagoras*, ſuos diſcipulos μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων, hoc eſt, non ſine farina ſacrificare: hoc eſt, ut mundi ipſi, & mente candida, & expurgata conſcientia, & quod dicunt noſtri, probe expiata, Deo ſacrificemus. Unde & gentes mola, quæ ex farina & ſale conficiebatur, victimarum capita, antequam mactarent, inſpergere ſolebant. Non me præterit hoc loco, *Picum*, quæ a Græcis ἄλφιτα dicuntur, à noſtris frequentius polentam verti ſolere, quod in medicæ facultatis ſcriptoribus facillime conſpeximus, *Dioſcoride*, *Galeno*, *Paulo*: quod, nec inconcinne forte hoc loco, volui tamen ego eos ſequi, qui ante me ſymbolum expoſuere, quos inter *Eraſmus*, qui hoc ipſum ænigma ad morum manſuetudinem pertinere exiſtimat. Sedenim & *Hebræi* eadem, ut puto, cauſa, ſua pleraque ſacrificia, farina & oleo conſperſa, Deo Opt. Max. offerre conſueverant, ut eſt apud *Moſen*, *Philonem*, & *Joſephum*. Apud *Romanos* tamen, ut eſt autor *Plutarchus*, flaminì diali nefas erat farinam attingere, quod ea cibus ſit imperfectus & indigeſtus. neque enim farina ſemen eſt amplius, nec per ſe cibi uſum præſtat. Porro & illud conſiderandum, *Pythagoram* panem & vinum purum in ſacris adhibuiſſe, quæ rex *Salem* multo ante Deo obtuliſſe in ſacra hiſtoria legitur, & nos multo ac longe ſanctiore ſacramento quotidie offerre conſuevimus.

Nudis pedibus ſacrificandum.

NUdis pedibus rem divinam facito, & adorato. Et quoniam à nemine adhuc quod ſciam, hoc ſymbolum explanatum reperi; ideo ne inenarratum tibi mitte-

mitterem, nonnulla hoc in loco collegi, ut illud ſaltem ipſe quoquo modo aperirem. *Pythagoras* igitur & hoc ab *Hebræis* ſumpſiſſe videri poteſt, apud quos morem fuiſſe accepimus, ſacra & ſancta non ingredi loca, niſi nudis pedibus. *Moſi* certe Deus Max. præcepit, ut calceamentum ſolveret, quod in quo ſtaret loco, terra ſancta eſſet. Poſt *Moſen* quoq; *Jeſu Naves* filio idem eſt imperatum. Scribit & *Flavius Joſephus*, *Berenicen* regis *Agrippæ* ſororem, cum *Hieroſolymam* profecta eſſet voti gratia, rem ſacram facturam idem feciſſe, atque (ut ipſe ait) ita nudipedem ante *Flori* præſidis tribunal ſtetiſſe. Hinc illa quoque D. *Leonis* in quodam de jejunio ſermone, exclamatio de *Hebræorum* jejunio, loquentis: Habeant illi nudipedalia ſua, & in triſtitia vultuum oſtendant otioſa jejunia. Nunc quoq; *Mauri* & *Sarraceni*, ejuſmodique hominum genus, templa in quibus ſacra facturi ſunt, non ingrediuntur, niſi calceis depoſitis. Ergo *Pythagoram* monuiſſe puto, ut inter ſacrificandum, mundi, & mundanis relictis curis, & à ſcelerum inquinamentis expiati, rei divinæ operam darent. nam & lavare pedes myſtice, expurgare mentem dicimus: qua de re & Chriſtiani noſtri theologi, dum mandatum Domini de pedum lotione exponunt, & ſimul illud, Excutiendos pulveres de pedibus. *Euthymius* quoque pedes pro cogitationibus, in *Pſalmo* 72. exponit; Per pedes (inquit) cogitationes intelligit, veluti quæ animæ noſtræ religionem pedum inſtar regunt, ac ſuſtinent. Licet *Caſſiodorus* arbitrium mentis eo loci interpretetur, cogitationes tamen & ipſe *Pſalmo* 120. pedes exponit. Sed longior ſum, ſi ejuſmodi multa tibi adferre velim. Cæterum apud ſcriptores proditum eſt, *Lacedæmonios* juxta *Pythagoræ* hoc inſtitutum nudis pedibus adorare, & rem ſacram facere ſolitos: quod nihil mirum. Nam, *Joſepho* teſte, *Lacedæmonii Hebræos* ſocios

ſocios habuere, & ab ipſis ut alia multa, & hoc ſuſcipere potuerunt. Porro Chriſtianis nobis ex cæremoniarum ritu, & Pontificum inſtitutis prohibitum eſt, ſacram Euchariſtiam nudis pedibus conficere: & *Paulus* monet, calceatos nos pedes habere debere in præparationem Evangelii. Idem repetit D. *Cyprianus*: Ut ſerpens, inquit, à nobis calcatus obteratur, neve armatos pedes poſſit mordere. Sedenim & per pedes humanitatem ſignificari ii volunt, qui Evangelium illud exponunt, quod eſt de pedum oſculo meretricis, & unguenti infuſione. D. *Auguſtinus* per pedes, humanos affectus intelligit. At vero *Gregorius*, dum illud interpretatur, Calceamenta habebitis in pedibus: Calceamenta, inquit, in pedibus habere, eſt mortuorum vitam conſpicere, & noſtra veſtigia à peccati vulnere cuſtodire. Sed de his plus jam ſatis.

Adoraturi ſedeant.

ADoraturi ſedento: quod Græce ſic, καθῆσθαι προσκυνήσοντας. Videtur vero *Plutarchus* hoc *Numæ* regi adſcribere. Exponitur vero ſic: Oportere certa vota concipere, & in his quæ optima fuerint, perſeverare. Ego ab eo deductum puto, quod ſedentes meliorem pacatioremque animum adſequi exiſtimantur, (nam ſedendo & quieſcendo animus, teſte Philoſopho, melior fit;) atque ea cauſa quoque rectius de quaq; re cenſere. Unde etiam judicem, dum ſententiam eſt pronunciaturus, pro tribunali ſedere, tanquam Deo ſacra ſit facturus, legibus cautum eſt. *Eraſmus* putat & alium ſubeſſe ſenſum: quod oporteat eos qui ſacris operantur, non obiter ac velut aliud agentes, hoc facere; ſed vacuos, ac totos rei divinæ intentos. Unde & *Plutarchus* tradit, quoties Pontifex auguria ſeu ſacra aggrediebatur,

tur, præcones clamaſſe, Hoc age. Ea vox hortabatur, ut qui ſacra adirent, reverenter & attente id facerent. Idem *Plutarchus* in Quæſtionibus ait, qui deis vota feciſſent, in templis manere, & quietem agere ſolitos, quod actiones hujus vitæ frequenter involvant hominem moleſtiis. hæc *Eraſmus*.

Circumactus adora.

VErtigine actus adorato, vel (ut *Eraſmus* ait) Adorato circumactus: quod eſt Græce, περιτρυφᾶν ὁρίφεβόμενον. *Plutarchus* & hoc *Numæ* Regi, non *Pythagoræ* adſcribere videtur, qui & multa in *Numæ* cognitione digna de vertigine in ſacris adfert. Putabat *Rheuclin*, hoc ſymbolo prudentiam circa divinas preces indicare voluiſſe *Pythagoram*, ne in nos videlicet jure retorqueri poſſet, Neſcitis quid petatis. Alii exiſtimant, vertiginem hanc à *Pythagora* ea cauſa inſtitutam, quod ſacrificantes imitari cœlum quodammodo videantur, quod continua vertigine agitatur; Cœlum namque gentes Deum eſſe putavere: vel quod ea cœli circulatione terrena averti viderentur. Idem fere ex *Ægyptiorum* diſciplina *Apuleius*: idem & nos Chriſtiani in ſacris myſticis facere conſuevimus, ſed aliam ob cauſam. Nam & in dextram & in ſiniſtram diverſa ratione, dum rem ſacram miſſam facimus, circumagimur, ut ritualibus noſtris libris continetur. Sed & gentes ad orientem ſolem, quod innuit *Apuleius*, adorabant: ita & noſtri templa conſtrui præcipiunt ad ſolis ortum, tametſi *Laterana* & *Vaticana Romæ* baſilicæ ad occaſum vergant. Simules utique aliqua ex parte ceremonias gens unaquæque & natio in Deis colendis habuiſſe videtur: id quod ſuperſtitioſi quidam ex noſtris, & indocti rerum, dicere piaculum autumant. At ne à propoſito aberremus,

mus, apud gentes obſervatum legimus, ut peractis ſacris, antequam populis miſſio fieret, id eſt, λαοῖς ἄφεσις, ſacerdotem ſeſe ad dextram circumagere ſolitum, manumque, priore digito in erectum pollicem reſidente, ori admovere; demum ſedere: id ſcilicet innuentem, deos rata ſacra & preces habuiſſe. *Gallos* vero ad lævam ſe circumvertiſſe, proditum eſt. Verum hæc non noſtri inſtituti colligere hoc tibi loco, qui alias ex *Plutarcho*, *Plauto*, *Suetonio*, *Iamblicho*, *Apuleio*, aliiſque, in Adnotationibus multa complexi ſumus.

Cum veneris in templum, adora, nec circa aliud facias.

ADorato cum veneris in templum, neque quod ad victum pertineat, quicquam aut dicito, aut facito. Inter ſymbola & hoc commemoravit *Marſilius Ficinus*: quod tamen *Olympiodorus* ita in *Plat.* Phædone ex *Philolai* ſententia profert, ἀστόνητ εἰς ἱερὸν, ὃ δεῖ ὀπισφέφεσθ: hoc eſt, Cum templum ingrederis, non converetere oportet. Monemur vero, cum ſacratam viam & religionis inſtituta in reſſi fuerimus, nos non debere profanis curis de cætero immiſceri, & divina quæ cœpimus, non humana tractare. Nam & CHRISTUS diſcipulos ideo ſine pera & ſacculo, hoc eſt abſque ulla rerum terrenarum cogitatione, in Evangelii prædicationem dimiſit. Deus enim cœleſtis pater iis providet, qui ſincere templa ingrediuntur: hoc eſt, religionis ſemitam. Alii ſimpliciter ſymbolum ipſum interpretantur, ut ipſa verba ſonant. Sedenim & *Seneca* in Epiſtolis, ait *Pythag.* & illud dicere ſolitũ, Alium animũ fieri intrantibus templũ, Deorumq; ſimulachra ex vicino cernentibus, & alicujus oraculi opperientibus vocem. Quæ verba etſi ſimpliciter dicta videntur, monere tamen queunt, in rebus ſacris hominem alium quam humanum

adſumere animum debere. *Iamblichus* item illud *Pythagoræ* præceptum, ſeu Symbolum fuiſſe ait, Non eſſe in templo re venerea utendum, ne ſcilicet polluatur: quomodo & Chriſtianis prohibitum. Non in templo quoque pariendum eſſe, ſeu magis (ut reor) concipiendum, idem volebat philoſophus; ne ſcilicet anima, quæ divinum quiddam eſt, in corpus (quod mortale eſt) immergatur, ut idem ſcribit *Iamblichus*. Verum hoc idem eſſe cum ſuperiore videtur.

Ex itinere, præter propoſitum, in templum non ingrediendum eſſe.

EX itinere, præter propoſitum, ne templum ingreditor, neve orato, etiamſi prope veſtibulum tranſeas. Si hujus ſymboli, quod dici ſolet, corticem, ſuperficiemq; verborum tantum inſpexeris, irreligioſum quiddam & impium, ne leve & puerile dicam, philoſophus præcepiſſe videtur: ſi vero medullam interioremque ſenſum introſpexeris, aliud profecto ſignificare videbis. Nam non decere rebus profanis & irreligioſis, divina & ſacra commiſcere, his verbis præmonet. Iter enim, vitæ communis curſum: & templum, contemplandi & adorandi rationem ſignificare crediderim. Sunt qui ſymbolum utrumque ſic exponunt, ut cum rem ſacram facias, nil te tum aliud facere oportere: cum vero rem profanam, ſacram non attingendam, nec cogitandam quidem. Qua de re & *Plutarchus*: In profeſtis, inquit, diebus, & omnino in feſtis, per urbem ſacerdotem præcones præcedebant, qui ut quieſcerent, & ab operibus deſiſterent, jubebant. Nam ut *Pythagorici* dicunt, non præter propoſitum homines per tranſitum adorare deos immortales, illoſque precari, ſed continuo ex ipſa domo mente ad id paratos pergere. Ita & *Romanos Numa* inſtituit, neque audire

audire quicquam rerum divinarum, neque adſpicere per deſidiam atque negligentiam, ſed vacare à rebus cæteris oportere, mentemque ſacris adhibere exiſtimavit. Ex his tamen ſymbolis quæ diximus, & quæ mox item adferemus, pleraque potius præcepta eſſe videntur, iccirco & à nonnullis non legitima putantur.

Non abſque lumine de rebus divinis loquendum.

DE rebus divinis abſque lumine ne loquitor. Manifeſtum puto, quid hoc loco præcipiat *Pythagoras*. Lumen enim pro cognitione & ſcientia accipi videtur. Unde *Tertullianus Septimius* libro contra *Marcionem* primo: Ille, inquit, canicula *Diogenes* hominem invenire cupiebat, lucernam meridie circumferens. *Marcion* Deum, quem invenerat, exſtincto lumine fidei ſuæ amiſit. Quo pacto & rex *David*, lucernam pedibus ſuis dicebat myſtice verbum Dei, & lumen ſemitis ſuis. Vel (fere quod idem eſt) intellige, uti legimus apud *Aristobulum, Hebræum* ex ſecta Peripatetica philoſophum, lucem & lumen pro ſapientia: Tota nempe lux ex ſapientia eſt, unde (ait) Peripatetici quidam λαμπρὸν αὐτὴν ἔχειν τάξιν, hoc eſt, quod quendam fulgoris habeat ordinem. Qui enim luminis hujus fulgorem ſequitur, per totam vitam nullis tenebris, nulla confuſione perturbabitur. Repetit hæc eadem *Euſebius*. Unde etiam lucernas ardentes dicimus myſtice, ut idem ait *Tertullianus*, mentes fide accenſas, & veritatis operibus relucentes. Vel intelligamus, ut *Gregorius Nazianzenus* ait, φῶς νοητὸν, id eſt lumen intellectile: quod cum duplex ſit, cœleſte per divinum afflatum, & humanum per doctrinam, de cœleſti mihi potius quam de humano intelligendum videtur. Qua ratione fit, ut ego de divinis ſuperque cœleſtibus parce admodum

ſemper loquar, & ſi quid interdum exeat, religioſæ cenſuræ addictum volo.

Cum tonat, terra tangenda.

CUm tonat, terram tangito. Et hoc ab *Iamblicho* adfertur, ut videlicet memores ſimus mortalitatis; & noſtræ originis. Etenim cum cœli porta tonat, ut ait poeta, ſignum eſt futuræ tempeſtatis. Ergo inſtantibus ſignis iræ cœleſtis, terram tange, & te mortalem memineris. Vel ſic exponas: cum tonat, hoc eſt, cum nobis is qui præfectus eſt, Rex, aut Pontifex, vel alius quiſpiam poteſtatem habens, te increpat & arguit, tu terram tange, hoc eſt, te ſubjice, humilemque præbe.

Silentium, id eſt εχεμυθία ſervanda.

LInguam coercito, Deum imitans. Inter præcipua *Pythagoræ* præcepta fuit, & ſilentium & taciturnitas, quam ἐχεμυθίαν ab illo appellari, à principio dixi. Præcipuum continentiæ ſignum, ut ait *Iamblichus*, *Pythagoras* eſſe putabat, linguam compeſcere: quam & primam eſſe virtutem is ſapiens exiſtimavit, qui carmine ſententias complexus eſt, quique ait, ſe locutum ſæpe pœnituiſſe, tacuiſſe nunquam. Sed quantæ commendationis & utilitatis ſit ſilentium, & jam nos nonnihil ſuperius, & præterea pleraque *Apuleius* in Floridis. & certe exſtat aureus *Plutarchi* libellus de audiendo, hoc eſt περὶ ἀκούειν. Rex quoque & Propheta maximus ita canticum illud ſuum inceptavit, Te decet ſilentium Deus in *Sion*: etſi 70. interpretes pro ſilentio hymnum tranſtulere. Scribit & *Athenæus* in 7. ſilentium rem eſſe divinam. *Iamblichus* quoque in libro de myſteriis ad *Porphyrium* ſcribens, *Ægyptios* ait Deum habuiſſe, quem

Ichon

Ithon vocabant, in quo primum eſſet intelligens, & intelligibile primum, quod ſolo ſilentio colebatur. *Porphyrius* etiam ipſe in commentario Antri *Homerici*: De ſilentio *Pythagorico*, inquit, & *Ægyptiorum* ſapientes, ne quis januam aut portam prætériens loqueretur, vetabant. Tunc enim ſilentio colendum eſſe Deum, qui principii rerum omnium autor eſt, jubebant: quin etjam in aliis januis quacunque hora, non modo meridiana, loqui nefas habebant, utpote januam rem ſacram exiſtimantes. Sedenim & *Olympiodorus Alexandrinus* ait, *Pythagoricos* per ſilentium arcana, hoc eſt ἀπόῤῥητα Dei ſignificare, quem utique Deum imitari debet philoſophus. qua ratione videmus, quem modo dicebam ſapientem, illud ceciniſſe,

Proximus ille Deo eſt qui ſcit ratione tacere.

Quinimo ut ſilendo diſcerent diſcipuli, *Pythagoras* volebat, adeo ut quinquennio eorum pleriq; ſermone abſtinerent. Neq; tamen certum & præſcriptum erat omnibus æque ſilendi tempus. nam aliqui triennio tantummodo tacebant, ut eſt apud *Origenem*; alii quinquennio; nulli tamen biennio minus, ut ait *Gellius*. Alio enim alius vel plus, vel minus, ut illius ferebat ingenium & natura, ſilere jubebatur: quod qui, ut præceptum ſibi fuiſſet, ſervaſſet, ei mox abdita & philoſophiæ myſteria communicabantur, jamque ad adſpectum philoſophi admittebatur. Sunt qui ſymbolum iſtud ad ſacrificandi conſuetudinem pertinere exiſtiment, in qua linguis animiſq; favere jubemur. Unde eſt & myſterium, ut quidam exiſtimant, nuncupatum, παρὰ τὸ μύειν τὸ στόμα. Qua de re plura in ſyntagmate de Sacrificiis.

De Deo, rebuſque divinis, nihil tam mirabile dicitur, quod non credere debeas.

CAchinno abſtineto: ſic à *Marſilio*, Riſu effuſo abſtine. Super hæc duo *Pythag.* præcepta veri9 quã ſym-

bola, nihil amplius adfero. Sunt enim per ſe nota. Sed quare utrumque præceperit, cum nimis longa futura eſſet narratio, prætermitto. hoc enim à philoſophis, illud à theologis commode & copioſe diſputatum eſt.

Non inſpectandum ad lucernam ſpeculum.

NE ad lucernam ſpeculum ſpectato. Et hoc inter ſymbola connumeratur. Videri quidem & hoc leve & ſuperſtitioſum poſſet, ſi ſimpliciter intelligas. Sed cum *Pythagoras* hominem ſe recte noſſe, monere velit; Ne ſpeculum, inquit, ad lucernam intuere. ac ſi dicat, non ad alienam & mentitam lucem & ſcientiam, ſed ad ſolarem & divinam, & propterea conſpicuam, quæ omnibus patet & lucet, nec pro veris falſa oſtendit. Qua de re & adhuc hodie eſt apud nonnullos in conſuetudine, ne ſe ad lucernæ lumen in ſpeculo intueantur. Trito etiam vulgi ſermone, formam & gemmas æſtimare ad lucernam vetamur: quando ad ejus lucem facillime hallucinamur, & decipimur, neque ad eam omnes latentes mendæ apparent; quin interdum pulchriora, quam re ipſa ſint, eſſe videntur.

Non propter opes ducenda eſt uxor.

AUtrum habenti ne in filiorum generatione adhæſeris. Videtur vero hoc ſignificaſſe *Pythagoras*, non divitias & opes homines reſpicere debere, cum liberis & ſoboli ſunt operam daturi. Atque ita ſymbolum protulit, ut viris & fœminis præceptum eſſe videatur. Auditores enim cum mares tum fœminas habuit *Pythagoras*, ut noſtro quoque tempore utriuſque ſexus ſunt cœnobitæ. At vero *Iamblichus Pythagoram* ait dicere ſolitum, liberos procreandos eſſe ea in primis de cauſa, ut

ut poſt nos, qui Deos colant, relinquamus. Tametſi hoc ad perpetuitatem potius philoſophum alii dixiſſe adſeverent. Sunt vero & alii, qui aurum interpretantur fluxam & momentaneam hujus mundi gloriam: quo modo in ſacris, calix aureus *Babylon* dicitur, & aurea ab *Ægyptiis Venus*: atque iccirco ſymbolum ſic interpretantur, ut non ad inanem mundi gloriam & ſpeciem reſpiciendum dicant, in procreandis & comparandis liberis. Etſi non me præterit, & aurum aliis ſenſibus accipi ſolere in rebus myſticis.

Unum duo.

SYmbolum & hoc *Pythagoricum* eſſe legimus, hoc eſt, ἓν δύο. *Rheuclinus* ſymbolum hoc ait de rerum principiis commodiſſimum, (quid enim citius occurrit res ſingulas intuentibus, quam unum & duo?) cum cauſas & originem univerſorum ſcrutari voluerimus. Legimus præterea, *Zaretam Pythagoræ* præceptorem unum duo per nomina propagationis pronunciare conſueviſſe: unum, id eſt ἕνα, patrem appellando; & duo, matrem, *Plutarchi* teſtimonio. Quin etiam priſci illi Ζῆνα, id eſt *Jovem*, unum: & Ἥραν, id eſt *Junonem*, duo vocabant: quod & *Phornutus* obſervavit. Symbolum igitur, Unum duo, ad naturæ principia: ſed quod ſequitur, ad trinitatem omnino pertinebit.

Inter cætera colendam eſſe perfectiſſimam trinitatem.

HOnora inprimis figuram ac pretium denariorum trium. Eſt hoc vel ſymbolum, vel ænigma, vel utrumque, ſi non verius neutrum, quod unus *Marſilius Ficinus* inter *Pythagoræ* ſymbola retulit: quod nuſquam adhuc apud alium, quantum ipſe meminerim, le-

gi. accurate licet & multo ſtudio, unde ille tranſtulerit, perquiſierim, nuſquam equidem vel ipſe inveni, vel ab amicis diſcere potui. Quamobrem nondum (ut ingenue fatear) plane conſtitutum habeo, quid hoc ipſum (qualecunque ſit) ſani nobis adferat: atque ideo nihil etiam exploratum habeo, quod tibi proferam. Aliquis fortaſſe poſthac me magis *Lynceus*, *Argus*ve fuerit, qui quod ipſe non viderim, interius ipſe perſpiciat. Commenta igitur hic tibi varia, non expoſitiones adferam. Atque id inprimis: poſſet forte philoſophus id monere, ut non multo pretio ſtatuas ac imagines, quas colamus, comparemus: *Hebræos* fere imitatus, qui nullas admittunt. ut denariorum trium dixerit, pro minimo. Vel intelligas, quod minus aliquibus fortaſſis diſplicere poſſit, imagines quidem & aras, & pretium trium denariorum, hoc eſt, ipſius divinitatis: ut cultum ac myſterium præcipere videatur, quod in ſanctiſſima Trinitate conſiſtit. Ut enim *Numenius* & *Porphyrius*, hoſtis licet noſter, oſtendunt, antiqui philoſophi, inprimiſq; *Pythagorici*, trinitatem comprobarunt, ut *Ariſt.* docet, & *Auſon.* innuit: ut nunc *Plato*n. & *Plotin.* mittã, qui eandem ipſam fatentur. qua de re noſtri quoque Chriſtiani cum *Latini* tũ *Græci* ex gentium autoribus plura collegerunt, ut *Euſebius* & *Cyrillus*, & alii. Verum & nos ſuperius oſtendimus, ne à propoſita re diſcedamus, ternarium numerum in ſacris *Pythagoram* habuiſſe. Quod autem denariorum trium ait, id etiam ſubinnuere poteſt, de denarii numeri perfectione, quem & perfectum, numerorumq; finem, cum *Pythagoras* ipſe, tum *Plato* prodiderunt: id quod etiam *Vitruvius* credidit, & *Ariſtoteles* tertio Phyſicæ acroaſeos libro, omnes ſcilicet homines, tam barbaros quam Græcos priſcam ſervaſſe conſuetudinem, ad decem uſque numerandi. *Caſſiodorus* quoque ad *Boetium*: Denarius, inquit,

quit, numerus more cœli in ſe revolvitur, & nunquam deficiens invenitur. At eo plura etiam *Theon Smyrnæus* ex *Philolao* & *Archyta Pythagoricis*, in libro de *Platonicis* mathematicis. Porro denarium numerum ea ratione δέκαδα Græci vocant, quaſi δέχεσθαι, quod omnem in ſe numerum recipiat: quem & *Pythagoræi* mundum nuncupant, quod eo numero ſit compoſitus; decem enim ſphæris conſtat. Sed & eo veteres juſtitiam & fidem ſignificabant, nam & in eis ſanciendis dextras jungebant, ſic digitis denarium numerum repræſentantes. Sed & *Hebræus Philon*: Denarius, inquit, numerorum eſt infinitatis terminus, circa quem, ceu metam, volvuntur & reflectuntur numeri: à cujus quidem numeri perfectione, ac divinitate quadam, decem continet cœlum orbes, decem ſunt divina præcepta, decima quoque dies dicata: hinc & denarius nummus, ad quem cæteri referuntur. Sed amplius & noſtri decima quæque majora ſcripſerunt; ut decumana porta, decumana ova, decumani fluctus, & cætera. Quinimo & pro vitæ præmio myſtice intelligitur. Unde illud D. *Cypriani* ex Dominica ſententia deductum: Adhuc vero, inquit, cum ſinguli ad denarium vocantur, quid eſt quod à Deo æqualiter diſtribuitur, humana interpretatione minuatur? Quid vero etiam ſi inde abſolutiſſimam perfectiſſimamque trinitatem intelligere velimus, ut ſcilicet in primis & ante omnia honoremus & colamus imaginem, imaginem inquam quæ incorporea eſt, aram propter ſacrificia, ac pretium trium denariorum, quod æſtimari non poteſt? quod à Chriſtiana pietate haud multum abhorrebit. Sedenim & D. *Gregorius Nazianzenus* in ſua quadam oratione, trigeſimum numerum à *Pythagoricis* cultum, & inter ſacros relatum prodidit: quem numerum ab *Hebræis Pythagoras* potuit facillime ſumpſiſſe, apud quos longe ante prædictum erat de 30. denario-

denariorum pretio. Qua ratione ſi trium denariorum trigeſimum ipſum numerum intellexeris, trini denarii & maximi ſacramenti ænigma *Pythagoricum* ſolves: quo etiam quaſi per tranſennam quandam Dominum Servatorem poſſimus intelligere, etiam à gentibus quoquo modo prænunciatum, ut à *Sibyllis* quoque, 30. denariis à proditore diſcipulo proditum iri debere. Sed quod de trinitate attuli, plane à *Cælio Calcagnino*, viro eruditiſſimo, probatur, qui ad me ſcribens hac de re, ita ait: Monemur, inquit, hæc venerari, ut una poſtmodum pietate animus imbuatur. Sic nec Dei imago in annulo ſculpebatur, neque *Socrates* per canem, neque *Zeno* per capparim pejerabat. Pretium autem denariorum trium pertinebat, puto, ad myſterium τῆς τειάδος. Hæc quidem *Cælius*. Verum jam nós ad reliqua.

Non oleo eſt ſedes abſtergenda.

SEdem oleo ne abſtergito. ſic vero Græce enunciatur, ἐλαίῳ εἰς δίκον μὴ ὁμόργνυθι. Quod ſymbolum ſua ſententia ſic *Eraſmus* expoſuit, Non eſſe abutendum rebus optimis & pretioſis, ad ea quibus neque dignæ neque utiles videntur eſſe. Sed viderint alii quantum conveniat *Eraſmi* expoſitio. *Reuclin* vero ita nos moneri ait, ut amicorum omnia ita curemus, atque propria: neque blandis verbis & ſermonum fuco placeamus, ſed veri ſtudio. Sedes enim amicitiæ veritas eſt, non adulatio. Propter quod ait, Oleo ſedem ne abſtergas. Quid vero ſi nos ita interpretemur, ut δίκον pro throno & cathedra, ut Latini ſedem & ſellam pro ſolio & tribunali, id eſt, pro imperio & magiſtratu accipere ſolemus; & ut ait *M. Cicero*, de ſublimi loco; Oleum autem pro adſentatione & blanditiis, palpoque ac fictis ſermo-

ſermonibus, id quod etiam in ſacris libris invenimus? & perinde etiam ita ſacri interpretes exponere conſueverunt, ut illud præcipue, ἔλαιον ἁμάρτωλος μὴ λιπαινάτω τὴν κεφαλήν μου, Oleum, inquit, peccatoris non pinguefaciet caput meum: quod certe Oleum peccatoris, 70. Græce vertere: in *Hebræo* aliter habet; pro eo enim poſita eſt dictio polyſema, varia denotans. nam *Hieronymus*, oleum amaritudinis, alii oleum capitis, alii oleum præcipuum, alii etiam unguentum. utcunque, id exponi ſolet pro palpo, atque ficto ſermone: tametſi & alio loco, hoc eſt *Pſal.* 22. oleum in bonam partem ſumatur, ἐλίπωσας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. quod & oleum exſultationis alio loco vocavit, quod & ſentit *Euthymius*. Verum à priore quidem ſenſu factum eſt illud forte proverbium, Oleum ore ferre: quod de adſentatoribus & blandientibus dictum mihi potius videtur, quam (quod putavit *Domitius*) de iis qui loqui non poſſunt. Et propterea illud etiam *Martialis*, oleum ferre in auricula, videtur dici de eo qui adſentatoribus & adulantibus aures patefaciebat. quod mihi falſum magis videtur, quam quod alios ipſe loqui non ſineret. Non me fugit, quid ſuper hoc dicat in ſuis Proverbiis *Eraſmus*, de ſupina aure, & ſublimi: quod potius ab animalibus ſumptum eſt, in quibus iræ indicium aurium arrectio, id quod & Phyſici ſcribunt: & ita illud melius intelligitur ἀν' ὃς ἔχων, hoc eſt, in ſublime habens aures. Sed ad oleum nos potius redeamus. Vide nunc rogo, *Pice*, quam multi reges hoc tempore, & principes, ne & pontifices majores dicam, & minores, libenter oleum auribus ferant: quin adſentatoribus, & adulantibus, non ſedes tantum perfundendas oleo, ſed & caput & aures ipſas patulas ſponte offerunt oppendas, & nullos magis admittunt ad contubernia & conſuetudines, & ſi diis placet, ad arcana etiam tractanda. Verum tu, *Pice*, qux

quæ hoc libello interdum ſpargimus, perinde habeas velim, ac ipſi ſcribimus, non ſcilicet ut me quenquam unum inſectari putes: & ſimul, ut in hoc ætatis lubrico, cavere & ipſe incipias, ne & tibi ſedes oleo abſtergatur.

Adoranda eſt Echo, cum flant venti.

FLantibus ventis Echo adora. Nec hoc ænigma ab antiquorum ullo, noſtrorumve temporum, interpretatum comperi: quinimo, nec inter ſymbola connumeratum, præterquam ab uno *Marſilio Ficino*, quod unde ille acceperit, non inveni, accuratius licet plures ejus rei gratia autores evolverim. atque ideo etiam ego temere nihil adſerendum duxi. Difficillimum vero eſt. Exiſtimarim quidem hoc diſcipulos monere voluiſſe philoſophum, ut cum ſeditionibus ac tumultibus rixantes inter ſe cives viderent, ipſi in tuto ſeſe reciperent, procul videlicet à litibus & tumultibus, quos per ventos flantes intelligit: & ad ea loca commigrarent, quæ ſepta atque munita videantur, ubi minus venti perflare queant. Vocem etenim in ejuſmodi locis reſponſare & reciprocari, non à philoſophis ſolum & poetis, ſed & experientia ipſa conſpicimus. Quare (ut puto) ideo eſt confictum, ut Echo ænea coleretur in eo loco, quo *Dodonides* reſponſa dabant, ſic ea ferme de re ſcribente *Philoſtrato* lib. 1. Iconum: Æreaque eo loci colitur Echo, quam ori manum apponere vides, & cætera. Ita quidem ſymbolum interpreteris, ut non ad corporis tantũ affectiones, ſed ad animi quoq; tranquillitatem ſecuritatemque referamus. Sane *Cœlius* noſter *Calcagninus*, vir eruditiſſimus, Græco illi verſiculo *Pythagoram* alludere voluiſſe exiſtimabat, qui eſt, καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀνυπογίσιν ἀνέμοισι, hoc eſt, Occaſioni

caſioni & tempori ſerviendum, neque ventis reflandum. Porro cum nuper noſtri *Eugubini Steuchi* libros de Perenni philoſophia legeremus, cum propemodum ita ſcribentem invenimus, ubi de dæmonibus agit lib. 8. cap. 22. Fuit, inquit, alia magis recondita, & non minus perſpicua ratio, cur aer datus ſit dæmonibus pro domicilio. Sed nunc conſtet dæmonas, ait, eſſe aerios. Idem perhibet, incorruptibiles æternaſque animas habere aerem. Ad hanc rationem videtur *Pythagoras* locutus, cum præcipit, Venti flantis ſonitum venerare. quod explicans *Iamblichus*, ἀνίτζ) χδ ὡς δεῖ τὴν θείων ἐσιῶν καὶ δυνάμεων ἢ ὁμοιότητα ἀγαπᾶν. Innuit, inquit, oportere divinarum ſubſtantiarum ac poteſtatum amare ſimilitudinem. Divinas ergo ſubſtantias, quibus aerem ſimilem dixit, fortaſſe dæmonas intellexit. Hactenus *Steuchus*. Ex quibus videmus illum hoc ſymbolo ἦχον, ſonitum, non *Echo* nympham, ut *Maſſilius*, interpretatum eſſe.

Non comedendum ex curru.

EX curru ne comedito: quod eſt Græce, μὴ ἐσθίειν ἀπὸ δίφρου. *Plutarchus*, vir longe doctiſſimus, unus hoc inter ſymbola, quod memini, commemorat: nec tamen exponit. An vero forte hoc innuit philoſophus, quiete manducandum? quod qui in curru manducat, cum aſſidue agitetur, parum illi cibus prodeſſe videtur. An illud fortaſſe verius; non luxui ac deſidiæ dandam eſſe operam, cum negotii gerendi tempus inſtat? Et ſi ad animum retuleris, qui humani vehiculi, hoc eſt, corporis auriga eſt, non ſane vana fuerit expoſitio: qua de re & *Platonici* multa, & *Philon Hebræus* cum alibi, tum in libro de Agricultura.

Dextrum

Dextrum pedem prius inducendum, ſiniſtrum vero prius lavandum.

IN calceum dextrum præmittito pedem, in lavacrum vero ſiniſtrum. at *Politianus* ſic enunciavit: Dextrum (ait) pedem priorem calceato, ſiniſtrum priorem lavato. Sedenim *Iamblichus* prius ſymbolii membrum recitat ſic, Oportere dextrum prius pedem induere. Verum enimvero *Suidas* ex *Ariſtophane* hexametrum carmen adducit: δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀεσγὸν δὲ ποδόνιπτρον. Hoc eſt, in calceum dextrum, lævumq; impone lavacro. Eſt enim Podoniptron, vas in quo pedes abluere ſolemus, quam fortaſſe pelvim recte Latine dicas: ut & utriuſque dictionis oſtendit etymologia. Symbolum vero augurali videtur convenire diſciplinæ, ut ejus periti prodidere, & hiſtoriæ probant: ut quæ de *Auguſto* traditur. Sed hujuſmodi omne genus à noſtris ridentur. quo fit, ut magis mirum videatur, adhuc pleroſque ſupereſſe, qui ſuperſtitioſa iſthæc obſervent; & quidem religioſe, publicatis etiam voluminibus. Verum hæc omnia *F. Petrarcha* à *Pythagora* orta eſſe, quodam ſuo libello exiſtimavit, quæ longe ante ipſum *Pythagoram* ex vetuſtiſſimis ſcriptoribus liquido cognoſcimus; *Homero*, *Heſiodo*, poetis, & ſacris *Judæorum* libris. Sed nos, quam iſta, illud nunc potius agamus. Hoc certe ſymbolo moneri poſſumus, ut ad bona opera, & civiles actiones, quæ ad calceatos pedes referuntur, incitemur. ad mollia vero, & luxui pertinentia, quæ balneis & lavacris ſignificantur, ſiniſtrum pedem proferre: hoc eſt, ad ea pigriores negligentioreſque eſſe debere. Nam & eadem ratione calida lavacra *Homerus* in Odyſſea vituperat: & *Artemidorus* oſtendit, Balnea antiquis minus in uſu fuiſſe: & ſuo tamen tempore, hos

hoc eſt *Adriani* & *Antonini*, & ante & poſt cibum frequentiſſima, quod & ex medicinæ ſcriptoribus eſt notiſſimum. Ad luxum enim & molliticm inventa videntur. *Suidas* vero carmen quod diximus, non ut ſymbolum, ſed proverbium exponit: in eos, inquit, dicitur, qui apte & commode negotiis utuntur, atque ad ea ſe præparant. At *Cœlius* noſter libro primo Epiſtolicarum quæſtionum, ita explicat; nos moneri, ut exornemus & excolamus, ſi qua ſunt in nobis honeſta mentis à natura tributa: & ſi qua vitia inolita ſunt, procurandum, ut ea quoque diligenter eluamus. Sane pedes in myſticis diverſa ſignificare videmus. Aliquando enim vitæ noſtræ curſum: ut illud, Dirige pedes meos. Id quod pluribus oſtendit *Cyrillus* in 9 contra *Julianum Cæſarem*. Aliquando cogitationes, ut *Euthymius*, & *Caſſiodorus*. Aliquando conſcientiam: quo modo illud exponitur, E pedibus excutiendos pulveres. Interdum etiam præſentiam: ut his verbis docet *Theodoritus*, πόδας γὰρ τὴν παρουσίαν ὀνομάζουσιν, cum exponeret illud, Et benedixit Dominus ante pedes meos: qui ſane apud *Hebræos* frequens eſt loquendi modus. Per pedes quoque *Ægyptii* diverſa ſignificabant, ut eſt apud *Horum*, quæ nihil ad nos. Pleraque alia de pedibus hujuſmodi ſupra attulimus in ſymbolo, Nudis pedibus ſacrificandum.

Per dexteram in templa ingrediendum, per ſiniſtram egrediendum.

LIbuit & hic adſcribere, quod prodit *Iamblichus Pythagoram* quoque præcepiſſe: In templa, inquit, per dextram partem ingreditor: per ſiniſtram exito. Et hoc augurali diſciplinæ convenire videtur ea, quam ſupra diximus, ratione. *Iamblichus* tamen ait, dextram, quod ſit imparis numeri, qui Deorum eſt immortalium: ſiniſtram

ſiniſtram autem paris, qui mortalibus convenit. Quam rem & alii, ut *Aur. Macrobius*, prodidere: noſtri vero in vertiginibus, quibus in ſacris utimur, quarum ante meminimus, à dextra in ſiniſtram, & à ſiniſtra in dextram redeundo, idem propemodum ſignificari tradunt.

Ab animalibus abſtinendum.

AB animalibus abſtineto: quod ſic Græce dicas, ζώων ἀπέχεσθαι. *Seneca* quidem ad *Lucilium* quadam epiſtola, ſymbolum expoſuiſſe videtur, cum ait: At *Pythagoras* omnium inter omnia cognationem eſſe dicebat, & aliorum commercium in alias atq; alias formas tranſeuntium. Nulla (ſi illi credas) anima interit, nec ceſſat quidem, niſi tempore exiguo, dum in aliud corpus tranſfunditur. Quo certe modo & *Ovidius*, aliique intellexere. Sed & de abſtinentia ab animatis, & philoſophus *Porphyrius* intellexit, peculiari hac de re libro compoſito, περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. *Plutarchus* in eo, πῶς ἄν τις ἀπ' ἐχθρᾶς ὠφέλοιτο, carum ac manſuetorum animantium mortem ſolummodo interdixiſſe ait. Abſtinuiſſe vero ab animalibus, plerique ea ratione factum arbitrantur, ne ad ſanguinem fundendum proniores eſſent homines: & ſimul etiam, ut cædibus invicem abſtinerent. Sunt qui tradant, ideo abſtinere juſſiſſe, ut mortales ad faciliorem victum, & ad parabiliores cibos adſuefaceret, ne igne opus eſset ad coquendum. Sed & *Brachmanas Indiæ* philoſophos animalibus abſtinuiſſe, *Megaſthenes* & *Strabo* teſtes ſunt locupletiſſimi. *Porphyrius* quoque in 4. de Abſtinentia, & D. *Hieronymus* contra *Jovinianum*, colligunt ex diverſis autoribus, alios pleroſque ab carnium & animalium eſu abſtinuiſſe: quos brevitatis cauſa ego miſsos facio. At ex ſcriptoribus quidam, inter quos *Athenæus*, *Pythagoram*

goram tradunt reliquas quidem animantes aliquo modo attigiſſe, moderate tamen & parce, quaſdam etiam immolaſſe. *Lycon* quoque *Jaſius* in *Pythagorco*, *Pythagoram* ait mediocri uti ſolitum alimento, nec animalibus penitus abſtinuiſſe, ut etiam *Ariſtoxenus* ſcribit. *Apollodorus* etiam arithmeticus,& ipſum ait Hecatomben ſacrificaſſe, cum neſcio quid inveniſſet de triangulo recto. Sed & *Gellius* libro quarto : Opinio, inquit, vetus falſa occupavit, & convaluit, *Pythagoram* philoſophum non eſitaviſſe ex animalibus. tum paulo poſt ſubdit; Porculis quoque minuſculis & hœdis tenerioribus victitaſſe, *Ariſtoxenus* refert. Quam rem videtur cognoviſſe ex *Xenophilo Pythagorico*, familiari ſuo, & ex quibuſdam aliis natu majoribus, qui ab ætate *Pythagoræ* haud multum aberant. Hæc & de animalibus *Alexis* etiam poeta in comœdia, quæ *Pythagoræ* vita inſcribitur, docet. Idem *Gellius* mox : *Plutarchus* quoque, inquit, homo in diſciplinis gravi autoritate, in primo librorum quos de *Homero* compoſuit, *Ariſtotelem* philoſophum ſcripſit eadem ipſa de *Pythagoricis* ſcripſiſſe, qui non abſtinuerunt edundis animalibus, niſi pauca carne quadam. Verba ipſa *Plutarchi* (quoniam res inopinata eſt) ut ſunt à *Gaza* converſa, ſubſcripſi : *Ariſtoteles* à vulva, corde, & marina urtica, atque id genus quibuſdam aliis abſtinere *Pythagoricos* dixit, cæterorum autem uſum habuiſſe, hactenus. Quos quidam ſecuti, ſymbolum hoc interpretati ſunt, non eſſe ratione ſenſuque humano carentibus hominibus utendum, eorumque fugiendam conſuetudinem : atque ita hoc loco animalia exponunt, ea quæ bruta vulgo dicuntur, & rationis expertia. Sane quod carnes *Pythagoras* eſitaverit, illud facit, quod is primus dicitur carnibus athletas aluiſſe, cum prius caſeo molli & caricis aridis alerentur, & tritico, ut *Phavorinus* ſcribit in Omnimoda hiſtoria, & *Laertius* in 8.

tametſi alterum *Pythagoram* hoc inſtituiſſe quidam prodidere. Reprehenditur etiam apud *Plut.* 8. Symp. quidam *Pythagoricus* à *Lucio Tyrrheno*, *Modeſti Pythagorici* diſcipulo, quod in convivio ab animatis abſtinuerit, quod (inquit) magis philoſophi dogmatis ſequi ſcriptum, quam ſententiam voluerit. quo loco & alia quædam de ſymbolis commemorat. Sed quod revera animalibus & animatis *Pythagoras* abſtinuerit, præter quæ ſupra attulimus, id quoque comprobat, quod de urſa *Daunia* traditur. Fuit hæc urſa magnitudine & feritate horribilis, quæ cum omnia undique arva pecoraque vaſtaret, hanc ad ſe *Pythagoras* vocavit, manuque blande permulſit, domique aliquamdiu pane & pomis aluit: nec multo poſt eam affatus adjuravit, ut de cætero animalibus abſtineret. Illa abiens, in ſolitis ſylvis & montibus diverſata, deinceps animantium nulli obfuit. Verum nec te illud ignorare convenit, quod ſcribit *Iamblichus*, non paribus præceptis uſum eſſe *Pythagoram* erga omnes diſcipulos. iis enim qui Politici, hoc eſt civiles dicebantur, quædam permittebantur, quæ minime iis qui interiores & Sebaſtici. Atque ea cauſa puto ſymbola nonnunquam varie pronunciari. Sane & *Plutarchus* oſtendit, ſuo quoque tempore aliquos fuiſſe *Pythagoricos*, qui inſtitutum ejus vitæ ſequerentur, cum aliubi, tum in Sympoſiacis, ut ſupra attigimus. Scribit & *Seneca*, *Sextium Romanum* philoſophum plane *Stoicum* animalibus abſtinuiſſe, ſed diverſa ratione: Diſſimilis (inquit, de *Pythagora* & *Sextio* loquens) utrique cauſa erat, ſed utrique magnifica. Hic homini ſatis alimentorum citra ſanguinem eſſe credebat, & crudelitatis conſuetudinem fieri, ubi in voluptatem eſſet adducta laceratio. Adjiciebat, contrahendam materiam eſſe luxuriæ. colligebat, bonæ valetudini contraria eſse alimenta varia, & noſtris alienа

ena corporibus. Atque de abſtinentia ab animalibus ſatis: nunc ad reliqua.

Locus lapidibus obruendus, ubi ſanguis humanus ſparſus eſt.

UBi ſanguis humanus ſparſus cernitur, illico lapidibus obruatur. Sunt inter ſcriptores, qui & hoc inter ſymbola connumerent: idque *Pythagoram* ſignificare voluiſſe exiſtimant, diſſenſionum diſcordiarumque ac bellorum memoriam non modo non renovandam, ſed penitus, ſi fieri poſſit, abolendam. Malorum eſſe (ait ſapiens verſificator) inimicitiarum reminiſci. Idem ait & *Iamblichus*. Cujus quidem *Pythagorici* ſymboli ſententiæ, ſi noſtrorum temporum reges ac principes, ut præteritos mittam, parere voluiſſent, non interea, quo nos inter nos ipſos diſcordiarum & bellorum civilium tempeſtatibus ac fluctibus agitamur, occaſionem rei bene gerendæ nactus communis omnium Chriſtianorum hoſtis Turca, in noſtram perniciem & inſigne dedecus tam late imperium & tyrannidis fines propagaſſet, nec magis magiſque indies protendere ſtuderet. Sed quando hæc nos fruſtra in præſentia querimur, illud potius videamus, unde ſymbolum *Pythagoras* deflexerit, & quid de ſanguine myſtice tradatur. Scribit in primis *Moſes*, ſi quis in venatione vel aucupio feram, vel avem, quibus non ſit religio veſci, ceperit, fundat ſanguinem ejus, & illum terra operiat: quod ab interpretibus ita exponitur, ut moneamur, deſideria à corde excludere, & offenſam, quam ex eis contraximus, humane ſatisfaciendo abſcondere. Sane quoque prohibentur *Hebræi* comeſſe ſanguinem. Cauſam adfert *Moſes*: Sanguis, inquit, animalium pro anima, & iccirco cum carnibus edi non debet. Quo loco animam *Auguſtinus*

interpretatur pro vita. Alii pro ea animæ parte, quæ vegetandi vim habet, & ſentiendi. Sed & *Homerus* & *Virgilius* purpuream ideo animam vocant: quod & ſenſiſſe videtur *Empedocles*, & (ſi *Themiſtio* credimus) *Critias Socraticus*. Iidem tamen *Hebræi* ſanguinem in ſacrificiis adhibere ſolebant, quaſi id innuerent, quod per ipſum Deo anima offeratur. *Pythagoras* contra, hoſtias ſine ſanguine offerebat. Nam ipſe ſanguinem, vindictam, & ultionem, & crudelitatem interpretabatur. At noſtri ſanguinem interdum myſtice bonas operationes & benefacta intelligunt, ut eſt in illo, In terra ne ſanguinem meum operias. & illud, Sanguis ejus ornavit genas meas. Verum enimvero, hic ſanguis non humi obtegendus, nec lapidibus obruendus, ſed ut omnibus luceat, in apertum lucemque proferendus.

Mitem arborem nec violandam, nec cædendam.

MItem plantam neque violes, neque cædas: hoc eſt Græce, φυτὸν ἥμερον μήτε φθίνειν, μήτε σίνεσθαι. Hac ſententia, ſeu ſymbolo, philoſophus monebat, innoxios innocenteſque prorſus non inquietandos eſſe, ſed ſinendos. Meminit hujus *Laertius Diogenes*. Hoc idem & illo ſignificabat, animal non violandum eſſe, quod homini non noceat: hoc eſt, ut ille Græce, μὴ ὃ φθίνειν ζῶον, ὁ μὴ βλάπτει ἀνθρώπῳ.

Concluduntur cum à Græcis quibuſdam ſcriptoribus, tum à D. *Hieronymo* noſtro, *Pythagoræ* ſymbola brevibus his ſententiis: δεῖ φυγαδεύειν πάντα τρόπον, καὶ ἀκκόπτειν τὴν νόσον ἀπὸ τοῦ σώματος, τὴν ἀπαιδευσίαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, τὴν ἀσέλγειαν ἀπὸ γαστρός, τὴν στάσιν ἀπὸ πόλεως, τὴν διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατές. hoc eſt: Fugare oportet omni

omni modo & excidere morbum à corpore, ignorantiam ab anima, luxum à ventre, ſeditionem à civitate, diſcordiam à familia: in ſumma, ab omnibus intemperantiam. Atque hactenus *Pythagoras*: alio licet modo ab aliis referantur, & inprimis in libello de Moribus qui *Anneo Senecæ* adſcribitur. Ego verbum è verbo tranſtuli.

Hæc, mi *Pice*, habui, quæ tibi Ænigmata & Symbola & colligerem, & interpretarer. quæ ſi diligenter aliquando legeris, nec inutilia tibi, nec ingrata fore ſperamus. Cum ætate, à nobis majora indies te decet exſpectare: his ludicris interea animum oblectare. Vale, mi *Pice*: tibique perſuade, quod ſi eo curſu, quo cœpiſti, ad virtutes & bonas artes contenderis, te magno patruo tuo & parenti non inferiorem fore, qui ad illas capeſſendas tibi ſuo exemplo ſtimulos & calcaria addere debent.

FINIS.

LILIUS GREGORIUS GYRALDUS ARNOLDO ARNELIO SUO, S.P.D.

Cum tu superioribus diebus hinc Bononiam *esses reversus*, Bernard. Barbuleius Adrianus *noster efflagitavit cum suo, tum tuo nomine, ut aliquid ei nostrarum ineptiarum exscribendum traderem, simulque* Artemidori Daldiani ὀνειροκριτικὰ, *&* Parthenii Nicaensis ἐρωτικὰ *nobis tuo nomine dono attulit. Ego vero utrique vestrum rem gratam facere cupiens, nostra illi commentariola in symbola* Pythagoræ *philosophi exscribenda tradidi: quibus cum aliquid addere mecum cogitarem, ut videlicet nonnihil volumen ex alieno studio & industria crescere videretur, nonnulla mea antiquarum rerum collectanea in manus sumpsi. quæ cum evolverem, commodum in libellum quendam incidi cui titulus est*, Pythagorica *præcepta mystica à* Plutarcho *interpretata. Libellus est scitu dignus, sed qui minime inter* Plutarchi *scripta Græca reperiatur, summa sit licet à me & cura & diligentia conquisitus. Erat autem perscriptus manu* Pandulphi Collenutii Pisaurensis, *viri omnis antiquitatis studiosissimi. Hunc tibi libellum, quoniam eadem pene quæ nos in pleriſque nostrarum interpretationum brevissime exponit, tibi dono dare constitui, pignus ut sit perpetui mei erga te & moris ac benevolentiæ. Vale*, Germanicæ, *atque adeo* Belgicæ *elegantiæ & eruditionis decus.* Ferraria, *Idibus* Decembris. 1543.

PYTHAGORICA PRÆCEPTA MYSTICA A PLUTARCHO INTERPRETATA.

DExtram cuique injiciendam non eſſe: id eſt, non conciliari omnibus oportere.

Anguſtum annulum non geſtandum: id eſt, victus rationem habendam, & parſimoniam nequaquam nimis adſtrictam.

Panem non frangendum: id eſt, amicitiam non violandam.

Sal apponendum: id eſt, laudandam in omni vita juſtitiam, vel prudentiam, quod ea cuncta ſerventur.

Ignem ferro non cædendum: id eſt, non irritandum furentem.

Cor non manducandum: id eſt, curas abigendas.

Fabis abſtinendum: hoc eſt, à magiſtratibus abhorrendum.

Cibum in ſcapham putridam non ponendum: id eſt, improbis non eſſe committenda ſecreta.

Euntem non retro verti: hoc eſt, metu mortis curſum vitæ non perturbandum, vel viâ virtutis ingreſſum pœnitere non debere.

Staterem & jugum non tranſiliendum: id eſt, rationem & legem non debere tranſgredi.

Super modio non conſiſtendum: id eſt, otium fugiendum.

Quæ ceciderint, non tollenda: hoc eſt, antiquatas conſuetudines non novandas.

Gallo albo abſtinendum: id eſt, ſaluti cujuſque puriſſime favendum.

Stramenta ſemper haberi colligata: id eſt, ſuccinctos eſſe oportere, quo facilius tempori & naturæ pareamus.

Dei imaginem in annulo non circumferendam: id eſt, de divinis parce diſſerendum.

Ollæ veſtigium in cinere confundendum: hoc eſt, ſi opera voluptati data ſit, curandum ne pateat.

In ſuperfluis capillorum unguiumque ſegmentis non meiendum: hoc eſt, nec homines quidem abjectiſſimos floccipendendos.

Sub eodem tecto hirundines non habendas: id eſt, mutabiles homines in amicitia non habendos, vel alienos in locum noſtrum non habendos.

Oleo ſedem non commaculandam: id eſt, nihil agendum quod cujuſquam otium perturbet.

Aves recurvis unguibus abigendas: id eſt, paratos ad rapinam excludendos.

Extra publicam viam non eundum: id eſt, conſuetudines & inſtituta publica ſervanda.

Converſo ad ſolem vultu non clamandum: id eſt, contra virtutem & rationem non pugnandum.

Gladium acutum ſeponendum: id eſt, vitandam iracundiam.

Sepiam piſcem non edendam: id eſt, res implicitas non recipiendas.

In limite non conſiſtendum: id eſt, in ambigua ſententia non commorandum.

Progredienti gregi è via cedendum: id eſt, multitudini non opponendum.

Muſtela è tranſverſo offenſa retro cedendum: id eſt, homines delatores fugiendos. nam muſtelam ore parere affirmant.

Arma à muliere ſumminiſtrata rejicienda: id eſt, non ſumendos eſſe animos à fraude, vel effœminata aliqua conſuetudine.

In tenebris abſque veſtitu aliquo non vadendum: id eſt, nudam & apertam ſententiam in obſcuris rebus non proferendam.

Rectum

Rectum pedem promovendum: id eſt, recta eſſe & juſta proferenda.

In poculi fundo reſiduum non relinquendum: id eſt, Artes quas cœperis, funditus exhauriendas.

Colubrum intra ædes collapſum non perimendum: hoc eſt, hoſpitem quanquam nocivum, perhumaniter tractandum.

Offenſa in veſtibulis obſcœna vetula, non egrediendum: id eſt, res quarum turpia ſunt principia, non eſſe proſequendas.

Noctu in tenebris deambulanti cavendum: id eſt, mortalibus enitendum, ut fuiſſe in vita videantur.

Sole collucente ignem deferre nefas: id eſt, rebus claris & conſpicuis rationem non adferendam.

Lapidem in fontem jacere ſcelus: i. e in eum qui det operam utilitati publicæ, durum aliquid injicere ſcelus.

Pede in limine illiſo, retrocedendum: id eſt, quæ in ipſo principio noxia ſunt, non proſequenda.

Lumen poſt caput appenſum detinere, flagitium: i. e. induſtriam & providentiam non in poſtremis habendã.

Siniſtra manu ſumere cibum nefas: id eſt, non niſi recto & legitimo lucro vivendum.

In ſacrato ſepulchro dormitare periculoſum: id eſt, res ſuperis conſecratas ad voluptatem & ſocordiam non ſubſternendas.

Minuta panis pedibus conculcare turpe: id eſt, quamvis minimam degendæ vitæ rationem non peſſundandam.

Egredienti introeuntiq; valvas exoſculandas: id eſt, Initia & fines actionum & inſtitutorum complectenda.

Lyram illotis manibus non attingendam: id eſt, puriſſimum eum qui dicat, eſſe oportere.

Sudorem ferro abſtergere, tetrum facinus: id eſt, labore parta nemini vi & viribus eripienda.

In

In ſolitudine ſine baculo non ambulandum: id eſt, cum amicis in neceſſitatibus conferendum & conſulendum.

Apud quadrupedem poema non canendum: id eſt, apud ignaros ſeria non proferenda.

Faciem in fluvio non lavandam, vel ſpectandam: id eſt, ex labili re & penitus inſtabili ſpecimen non appetendum.

Hominis veſtigia non eſſe ferro configenda: id eſt, hominis memoriam non eſſe lacerandam.

Integrum faſciculum in igne non eſſe ponendum: id eſt, non una opes omnes in unum diſcrimen ponendas.

Egredienti è laribus ſinciput, redeunti occiput ſcalpendum: id eſt, præcautionem & diligentiam ad res agendas excitandam, his peractis memoriter examinandas.

De rheda junctis pedibus non exſiliendum: id eſt, de ſtatu in quo ſis, in alium niſi ſenſim tranſeundum.

In aſtrum nunquam eſſe digitum intendendum: hoc eſt, de ſupremis viris nihil eſt temere loquendum.

In arundineto non confabulandum: id eſt, cum leviſſimis hominibus familiaritatem non habendam.

Candelam ad parietem non applicandam: id eſt, tardis & frigidis hominibus ſapientiæ laudes non commodandas.

In nive non ſcribendum: id eſt, ſtupidis & mollibus animis nihil committendum.

Vulturem avem in augurio infeliciſſimam: id eſt, innocuos homines facile eſſe infelices.

Facilius emori hominem, cui oculi claudantur: id eſt,

eſt, hominem ipſum ex negligentia facile in miſeriam cadere.

Puerum aut fœminam ſtricto vagari gladio, omen malum: id eſt, non defuturum malum, ſi gubernatio ineptis & levibus tradatur hominibus.

In chœnice non ſedendum: id eſt, non tantum præſentis, ſed & futuri curam habendam. Eſt enim chœnix diurna eſca.

Duorum temporum quam maxime habendam curam, matutini & veſpertini: id eſt, eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſerimus.

FINIS.

M. CASAUBONI,
ISAACI Filii,
In
HIEROCLIS
Commentarium
Notæ, & Emendationes.

LONDINI,
Ex officina ROGERI DANIELIS,
MDCLV.

MERICUS CASAUBONUS
IS. F. Lectori,
S.

Hieroclis *in* Aurea, *ut vulgo vocantur,* Pythagoræ Carmina *Commentationem, nemo certius aut uberius laudaverit, quam qui ad lectionem non integri modo Operis, ſed cujuſvis fere, quæ ſe prima cunque temere volvent. bus offeret: paginæ lectionem provocet: adeo ubique, quæ ad veram vitam, id eſt, conſtantem & inoffenſam animi tranquillitatem & εὐθυμίαν eximie faciant, ſeſe ingerunt: contingat modo lector, cui ſanioris vel mica judicii, cuique veteris illius ac melioris guſtus aliquis Philoſophiæ. Ut dogmata omittamus, quæ ad Chriſtianæ doctrinæ puritatem & ſanctitatem, quantum ab homine non Chriſtiano ſperare fas eſt, proxime accedunt. Vir ſane ſummus & incomparabilis,* Hugo Grotius, *in quo raro exemplo cum judicio certabat ingenium, cum utroque, quæ naturæ bona, multo uſu ſtudioque*

parta

parta inſignis eruditio ; adeo vir ille ſummus in-ſigne hoc Hieroclis *ſcriptũ in ſuccũ ſanguinemque jugi lectione totum converterat, ut crebrioribus ex nullo autore teſtimoniis ſua ſcripta, poſteriora præcipue, tanquam totidem pretioſi metalli cruſtis & emblematibus diſtinxerit. Ego quoq; cum ante decennium, jam olim magna cum voluptate lectũ, non minore fructu relegendum ſumpſiſſe; dolebam* Latinum *Interpretem, qui* Pariſienſi *editioni adnexus eſt, tam ſæpe à mente autoris & ſenſu verborũ, quem repræſentant edita* Græca, *diſcedere: ſed id magis, ipſum textum* Græcum *tot mendis ſcatere, ut ne illi quidẽ qui* Græca *legerent, ad ſenſum ſcriptoris per tot vitia ſcripturæ, niſi qui in iſtis exercitatiſſimi, pervenire poſſent. Hinc novæ editionis cupiditas inceſſerat. Sed poſtquam re cũ bibliopola cõmunicata differri me viderem, et alia mox intervenirent, quæ otium et animum meũ occuparent, nihil ultra quam volui ; et ſic quoq;, ut et in aliis plurimis, bonæ voluntatis conſcientia ſatis bene defunctum me credidi. Nuperrime cum* Londini *curandæ valetudinis cauſa verſarer, & ab amico, viro doctiſſimo, didiciſſem,* Pariſienſem *iſtam editionem* Londini *recuſam, jam jam foras extrudendam eſſe ; dolui, nec minus illi quorum intererat, me non antea reſciviſſe: cæterum χ' δ'πεσν πᾶν, pactis aliquot dierum,*

dum

dum in Appendicibus occupantur, & ego interim ad libros meos redeo, inductis; omiſſa verſione, de multis Græci *contextus, ut in tantis anguſtiis, correctionibus, quæ majorem verborũ apparatum poſtulaſſent; paucas ſelegi, quæ non minus illæ quidem neceſſariæ, ſed magis obviæ, & extra contradictionis aleam poſitæ videbantur. Hæc cauſa brevitatis & paucitatis* Notarum, *quam tibi notam eſſe, candide Lector, è re mea, &* Hieroclis *eſſe credidi. His igitur æquus fruere, & Vale.*

COmpoſitis jam *Notarum* noſtrarum typis, & in ſuas paginas diſpoſitis; Typographus averſæ hujus paginæ grandiore offenſus hiatu, cum aliquid à me requireret, quod hic inſeri non incommode poſſet: arrepto *Hierocle*, commode incidi in pag. 289. ubi lin. 2. & 8. vox ἄνεσις ſe obtulit, quam ego ſpuriam & irreptitiam eſſe quovis pignore contenderim. Quid enim ψυχῆς ἄνεσις, ad *Carminum*, quæ præceſſere, quæque χῦ πόδα perſequitur *Hierocles*, contextum? Imo quis ſenſus ex illis, ad cæteram *Hieroclis* interpretationem commodus, efficitur? At ſi pro ἄνεσις, reſcribamus ἄκεσις: en ipſiſſimum *Pythagoræ* (vel qui *Pythagoræ* nomen præfert hic,) verbum, p. 273. Ἐξακέσας ψυχὴν ὃ πόν. ἀπὸ τῶνδε σώσεις. Et obſervet Lector quam pulchre, ut Σωτηρία in verbis *Hieroclis* τῷ [Σώσεις] in *Carmine*; ita & ἄκεσις, τῷ [ἐξακέσας,] utroque loco reſpondeat. Cæterum, quod hic ἄκεσις ψυχῆς: p. 278. (ἢ τὸ ἀνθρ. ψ. διεφθάρται:) διεφθαρται. διεφθ. & ἄκεσις, ſynonyma: non item διεφθ. & ἄνεσις. Et hæc quidem tam clara, ut vix quenquam tam tardum putem, qui dubitaturus ſit. Jam ut *una* (quod aiunt) *fidelia*, &c. (in eodem ſiquidem ſanationis non opere tantum, ſed & verbo perſiſtemus:) p. 265. l. penult. τὸ τῆς καθαγ. δυν. ῥῆμα: τὸ ῥῆμα quam hic eſſet importunum, ſatis vidit Interpres, qui ad oram τὸ ἔρεισμα adſcripſit, idque in verſione ſua ſecutus eſt. Atqui neutrum eſſe legitimum, ſed ἴαμα legendum eſſe, tum ex ipſis *Pythagoræ* verbis, p. 105. Ἰᾶσθαι ὃ πρέπει, &c. quæ perſequitur *Hierocles* p. 125. &c. tum vero maxime ex proximæ pag. verbis, τὴν γὰρ καθάγ. δοτὴν τῇ ἀναγ. δ. μ. ἂν ἰασαίμεθα: ſed & ex verbo ἄκ- in præcedente linea; cuivis paulo qui ſit attentior, & in his verſatus, liquido conſtare queat.

¶ Ad *Suidæ* locum, in *Hierocle*; qui *Commentario* præfixus eſt.

ΕΤύπτετο τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς.] Verſio *Curterii*: *plagiſque crudeliſſime acceptus fuit*. Non incommoda ſententia, ſed quæ ex ingenio afficta, non expreſſa ex Græcis: quæ, ut edita ſunt, hoc dicunt; Cæſum illum plagis, quæ, vel quales ab hominibus inferri ſolent. Quod, quid eſt? Fundus *Curterianæ* verſionis, in eorum conjectura, qui pro ἐξ ἀνθρώπων, legi volunt uno verbo, & mutato caſu, ἐξωθρώπους· quod interpretantur, ἀπανθρώπους, *crudeles*. Sed hæc longe petita. Res expedita & plana, ſi ſine ulla literarum, ſola ſpiritus mutatione, legamus, τὰς ἑξ ἀνθρώπων. Sex Lictores intelligit, qui Prætoribus provincialibus (ut & Procoss.) aſſidui comites, poteſtatis eorum præcipua inſignia. Unde & ipſe magiſtratus, ἀρχὴ ἑξαπέλεκυς, i. e. *poteſtas ſex ſecurium*, (quot ſecures autem, tot & virgas fuiſſe, cum ſingulæ ſecures virgis involverentur, vulgo notum:) ſive *præfectura*, *Polybio* non ſemel dictus; de quo plura in INDICE noſtro *Polybiano*, qui nunc præ manibus. An fortaſſe peculiaris aliquis *Byzantii* magiſtratus, οἱ ἑξ ἀνθρωποι dictus; qualis qui *Romæ*, *Triumviri*; & *Athenis*, οἱ ἕνδεκα, de quibus tot locis *Plato*? Ut autem *Græcus* hic ſcriptor, ἐξ ἀνθρώπων

πληγὰς, id eſt, *ſevirales* (utroque enim modo lapides antiqui : *SEVIRAL.* & *SEXVIRAL.*) *plagas* : ita *Horatius* (quo nihil ſimilius eſſe queat :) *Triumviralia flagella*, in *Epodis* dixit.

Hieroclis pag. 6. lin. 19. ἐνθεῖναι τοῖς ἀκροατῆς.] Malim, ἐνθεῖναι. Sed nec ἀναγνώσματα ſunt *perſuaſiones* ; ſed tractatus, & diſputationes philoſophicæ ; & in genere, ſcripta quæcunque.

Pag. 10. l. 22. ὁπὶ τὸν δημιουργικὸν μόνον αὐτῆς θεόν.] Scripſit *Hierocles*, aut ego fallor ; δημιουργ. νόμον, non μόνον : quomodo etiam jam ſupra locutus eſt, & poſtea non ſemel loquitur : per νόμον, Deum intelligens. Semel autem recepto in textum ſpurio iſto μόνον, aliquid excogitandum fuit, quo ſenſus conſtaret ; & inde vox θεὸς fuerit. Mox autem pro ἀναφέρειν, ſcribo, ἀναφέρει. τὸ σέβας αὐτῆς : id eſt, cultus qui illis tribuitur. Optime ſic omnia cohærent. *Curterius* aliter ſyntaxi conſulebat : pro ὁπὶ τὸν, ſcribendo ὅτι τε : quo nihil opus fuerit, ſi noſtra ſtant. Judicet lector. In ſuperioribus certe nihil mutandum ; quæ per tranſpoſitionem (& ita ſententia poſtulat) explicanda, quaſi ſcriptum eſſet : Τὸ γὰρ------ἐγνωκέναι τε, καὶ τιμᾶν, καὶ μήτε ὑφαίρειν τὴν ἀξ. μήτε ἀπολ. τ. ὀν ταῖς π. α. ἐννοίαις τῷ θείῳ ν. καλ. &c. Hæc nos omnia pluribus aliquando, ſi Deo viſum, & faverit opportunitas.

Pag. 13. l. 16. καὶ μήτε πρὸς ἀνθρώπους.] Τῷ μήτε nullus hic locus, neque ſi loci ſententiam ſpectes, neq; ſi verborum contextum. Perverſiſſima ſententia, quam affinxit *Latinus* Interpres. Plane enim contrarium dicit *Hierocles*, Deos, ἀθανάτους, ad differentiam animarum

rum humanarum, ab autore *Carminis* esse nuncupatos. In quo autem consistat istud discrimen, planissime ostendit. Scribendum, μήποτε : in cujus voculæ usu, vis inest affirmationis ; ut ad *Antoninum*, in *Auctorio Not.* ex *Aristotele*, aliisque docebamus. Videri autem possit bis idem dicere *Hierocles*, nisi magna subtilitas adhibeatur. Sed quicquid hujus sit, τὸ μήτε ferri non potest : & tolerabilius est, ut idem bis dicat ; quam ut ipse sibi tam manifeste contradicat. *Hieroclis* certe orationem περισσολογίαν interdum laborare, non potest non observasse, quisquis illum legerit.

Hac eadem pagina, in præcedentibus verbis, pro ζωτελαγμένης scribendum, ζυντελαμένης, (de quo iúdem verbo ad *Anton.* lib. 2. p. 116.) quemadmodum etiam legisse videtur *Latinus* Interpres.

Pag. 14. l. 7. ἀθεΐα ἢ ἄνοια.] Imo ἄγνοια, non ἄνοια, ut ipse postea sæpius repetit, & exponit.

Pag. 18. l. 22. τῇ ἀταξίᾳ.] Vir doctus, quicum multus mihi usus, postea nominandus, emendabat, τῇ ἀξίᾳ : quæ certissima est vel ex p. 22. ubi iterum occurrit, emendatio : & nos in nostris oris pridé ita notatum reperimus.

Pag. 22. l. 18. ἥτις ἐσίας.] Corrige, ἡ τῆς ἐσίας.

Pag. 26. l. ult. δι' ἀπορρ. ὅρκων ὀνομ.] *Joannes Pearson*, vir doctissimus, & in Græcis literis & libris omne genus, (quod ex luculentis *Hesychii*, & *Suidæ*, quas dudũ molitur, editionibus, si vita suppetet, qua dignissimus est, literatis aliquando constabit ;) eximie versatus, certissima, ut ego judico, conjectura emendabat, δι' ἀπορρ. ὅρκου : ut dicat *Hierocl.* τὸν φύλακα τῆς φρέατος, &c.

δι' ἀπορρήτων, (i. e. myſtice,) ὄρκον eſſe nominatum.

Pag. 34. l. 20. τὴν μὲν γὰρ ὁ πρῶτος.] Corrigat ocyus, qui non ineptire vult cum *Latino* Interprete, (cui miſere & improbe vox nihili πρῶτος impoſuit:) ὁ τέρπος. nam voci πρῶτος, nulla vel coloris umbra hoc loco retinendæ. Τέρπος χρησὸς, hic: cui p. 53. μοχθηρία τέρπει opponitur.

Pag. 37. l. 23. ἓν καλῶς ἔξειεν.] Satis ingenioſe *Curterius* adoram: Εὖ κ. κ. ἔξειεν: præcipue cum illud ἓν κ. καλῶς alibi quoque occurrat. Magis obvia tamen, & eo probabilior alicui videbitur emendatio, ſi pro ἓν καλῶς, ſubſtituatur ἔυκολον: atque ita ſyntaxi ſequentis infinitivi conſuletur.

Pag. 54. l. penult. πρέπει γὰρ μήτε δι' αὐτουργίας θεραπ.] Scribe, μήτε τὴν δι' αὐτουργ. θεραπ. quorum verborum ſanctiſſima ſententia eſt; ad perfectum ſcilicet parentum cultum, qualem Deus à nobis requirit, non ſufficere ut honorem illis, in ſuppeditandis quæ neceſſaria ſunt, exhibeamus; ſed ne ipſi pro re nata, vilia officia, & miniſteria (propriis manibus obeunda) detrectemus: quæ quanto per ſe viliora, & ſerviliora; tanto nobis εὐχαριστότερα, id eſt, honeſtiora, & laudabiliora, ut filiis, putanda ſint. Peſſime hæc accepta à *Latino* Interprete.

Pag. 74. l. antepenult. κὴ ἓν μέν μοι δοκεῖς λέγειν.] Scribe: κὴ, Εὖ μέν μοι δοκεῖς λέγειν, Πέπον δὲ ὄ, &c. Sunt enim ejuſdem Poetæ, cujus & ſequentia. *Videre mihi recta quidem dicere; Sed quod & multis, id mihi nunc accidit:* [Meliora ut videam,] *minime autem per-*

perſuadear. Hæc ſententia eſt; non quam finxit Interpres.

Pag. 85. l. 15. καὶ τὴν δίκ. τῆς ἀλογίας ἀνέχεσθαι.] Scribo (nec aliter ſenſus:) καὶ τὴν δίκ. ταῖς ἀλογίαις ἂν ἔπεσθαι. Neceſſitas hujus correctionis facile ſe probabit attento lectori, cui perpenſa perſpectaque cohærentia: qui quoque eadem opera *Curterianæ* verſionis τὸ ἀπροσδιόνυσον non poteſt non intelligere. Vocat autem *Hierocles* ἀλογίας, numero multitudinis; quas p. 77. ἀλόγους δυνάμεις, & pag. 85. ἄλογα εἴδη. Poteramus in eandem ſententiam aliter quoque: καὶ τῆς δικαιοσύνης τὴν ἀλογίαν ἂν ἔχεσθαι. Sed hoc melius: & paulo ante, in eadem re, παρέπεται.

Pag. 101. l. 10. καὶ τὸ δοκεῖν μόνον ἀπὸ τοῦ εἶναι.] Planior & plenior, ſed & aliorum dictis convenientior ſententia: καὶ τὸ δοκεῖν μόνον, ἀ τοῦ εἶναι ἀγαθ.

Ibid. l. 19. τὰς μὴ ὁμοίως προβεβηκότας.] Miſeret me *Latini* Interpretis, qui προβεβιωκότας, non προβεβηκότας legendum eſſe, adeo clare clamitante ſententia, cum etiam proxima pagina verbum προβιοτῆς occurrat, non viderit.

Pag. 105. l. penult. ὁ καὶ ἐπὶ τῶν δικέντων πάθη.] Vox ἀγαθῶν excidit, typographorum fortaſſe *Pariſienſ.* incuria: agnoſcit enim Interpres. Scribe igitur: ὁ καὶ ἐπὶ τῶν δικ. ἀγαθῶν πάθη.

Pag. 110. l. 5. εἰ ὃ μηδὲν ὄφελος τοῦ τοιούτων λέξεων.] Quid, malum, λέξεων hic faciat, in τῶν τυχῶν, ſeu ſortium humanarum diſtributione? Aut quis ferat *Lat.* Interpretis ineptias & oſcitantiam? *Hierocli*

igitur ſuum verbum reſtituamus; id eſt, λήξεως, (*ſortium,*) quo non ſemel utitur. Mox; κ) τὰς μὲν εἶναι: corrige, κ) τῶ μὲν εἶναι.

Ibid. l. 16. εἰ μὲν θεῖον------εἰ ὃ οἰκεία] Scribe, ἢ μὲν θεῖον------ἢ ὃ οἰκεία; & interpretem corrige: nihil enim certius.

Pag. 113. l. 4. κ) τὸ αὐτεξέσιον τῆς ψ. κ) ἀθανάτου.] Nihil hic quicquam eſt, quod ad immortalitatem animæ pertineat. Scribe, αὐτόματον: ut & infra, p. 125. l. 9. κ) τ' ψ. ἡμᾶς αὐτόματον ὄσαν.

Ibid. l. 16. ἀπὸ προνοίας---α-προηγυμ. ἐνεργυμένοις.] Scribe, ἐνεργυμένων.

Pag. 114. l. 21. τὸν ἀγαθὸν μὲν εἶναι, κ) δώ.] Excidit vox πάντα, quam etiam *Lat.* interpres agnoſcit. τ' ἀγαθὸν μὲν εἶναι πάντα, κ) δώ. De ſententia verborum, nos alibi pluribus.

Pag. 117. l. 7. ἢ δίκη βλάπτει.] Non hoc dixerit *Hierocles*, aut qui alius *Stoicæ*, ſeu *Platonicæ* philoſophiæ peritus, τ' δίκην βλάπτειν, juſtitiam, vel juſta Dei judicia nocere; quam prodeſſe potius, id ſane ſpectare, ut proſint, hic diſputatur. Sed ſcribendum ἡ δίκη βλέπει: quemadmodum & alibi idem loquitur.

Pag. 125. l. 14. πόθεν πᾶ Πρ.] Scribe, πόθεν τοῦ Πρ.

Pag. 133. l. 14. ὃδε γὰρ ἦλθεν ἀδυνατεύσασα ἐπαφεῖναι θεῷ.] Imo ἀδυνατήσασα ἐπαφεῖναι: quæ ſunt ipſiſſima *Platonis* in Phædro verba, ubi de animarum

rum περιῤῥύσει & prolapſu in terras, ſublimiſſime diſputat. Fruſtra autem ſe in his *Hieroclis* intelligendis fatigent, quibus illa *Platonis* non lecta prius & cognita probe ſint. Habemus iterum pag. 254. ſed ibi plura, ex *Platonis* Timæo, perobſcura, quæ paucis abſolvi non poſſunt.

Pag. 134. l. 13. τὸ μὴ ζυγνεχθῆναι τῇ λ.] Scribe, τῷ μὴ ζυγκεχ. τῇ λύπῃ. quod & *Lat.* Interpres videtur agnoviſſe.

Pag. 157. l. 5. χρημάτων δόσις ἢ ἀφαίρεσις.] Imo δόσιν & ἀφαίρεσιν, poſt verbum πρόσαξει: quod & *Latinus* expreſſit Interpres.

Pag. 166. l. 9. κινδυνεύει γὰρ----διὰ τῆς εἰς τὸ μὴ ὄν ἐπὶ φ. ἀκροπῆς.] Scribe κινδυνεύει: & εἰς τὸ μὴ κατὰ φ. ἀκροπ. vel certe, quod eodem redit, deleto τῷ μή· εἰς τὸ παρὰ φ. ἀκροπ. quod & *Latina* ſuadet interpretatio.

Pag. 178 l. 14. εἰ ὄν τὸ μὴ ἀμῦδραί.] Mirum in loco tam plano cæſpitaſſe Interpretem. Prius dixerat & docuerat aliud eſſe τὸ μὴ ἀμύδραί. & τὸ κατορθοῦν: utrumque igitur ſeorſim curandum. Quod ſi fiat: εἰ ὄν (non, εἰ ὄν,) τῷ μὴ ἀμῦδρ] &c. quid ex utroque boni conſequatur, porro docet. Nihil ineptius ne fingi quidem poſſit *Latinorum* verborum ſententia; præcipue ſi cum præcedentibus comparentur.

Pag. 198. l. 21. τῷ μηδὲν ἄγαν κιν.] Non dubium, quin Interpres in ſuo Codice repererit, τῷ μηδὲν ἄγαν μὴ κιν. quod & recte expreſſit, & ſententia palam requirit.

Pag.

Pag. 205. l. 1. A Σ Ε Μ Η ΜΕΤΕΠΕΙΤ' ΑΝ.] Multa hic in paucis lineis errata, ſed quæ attendentibus tam conſpicua, ut prodigio ſimile ſit ab aliis antea non animadverſa. Nam primum, iſta textus verba, ΜΕΤΕΠΕΙΤ' ΑΝΙΗΣΕΙ, ex pag. 181. neſcio cujus oſcitantia hic repetita, quæ hujus loci propria erant, ΜΗ ΒΛΑΨΕΙ, legitima ſede deturbarunt. In ſequente linea, ὄνῳ, non ὄνῳ ſcribendum. & mox, τοῦτον ὃ βλέπειν; ſcribend. τοῦτον ὃ βλάπτειν, vel βλάψειν. Quæ tam certa ſunt, ut indicaſſe ſufficiat.

Pag. 210. l. 6. τῷ μνήμῃ ἀναλαμβ. ἀρετῆς εἵνεκα.] Quæ hæc ſyntaxis? vel quis ſenſus, qui ex his verbis erui poteſt? Et ſyntaxis conſtabit, & ſenſus, quem requirit cohærentia, ſi legas, ἀρετῆς ἢ κακίας. quæ ſæpius ita juncta in hoc libro reperire eſt. Ita p. 17. l. 5. μήτε ἀρετῇ ἢ κακίᾳ τὴν τ. & p. 101. l. 21. περὶς ἀρετὴν ἢ κακίαν ὁρμώσης. p. 126. l. 7. ἢ ἐυσέβ. μ. τῆς ἀρετῆς---ἢ π. κακίας ἤγ. p. 129. l. 13. ἢ ἀρετῆς ἢ κακίας ἐκλογ. p. denique (ut omittam, quæ memoria mihi nunc non ſuggerit; quæ fortaſſe non pauca:) 250. l. 7. τῇ τῆς ἀρετῆς ἢ κακίας ἀνὰ μ. &c. Hæc ego pluribus hic, ut amici dubitationi ſatisfacerem, quæ tamen ſi abeſſent, non video quomodo ſine hac emendatione ſententia ſtare poſſit. Eo enim pertinet iſtud ὀν τάξει, quod ordine, ac ſeorſim quæ bene vel male facta, ſeu dicta, recenſendo, ſcrutinium hoc conſcientiæ inſtitui velit. Ita p. 69. ὀν τάξει πρεπόσῃ: ubi de tum bonis, tum malis, non promiſcue, ſed diverſa ratione diligendis. Et p. 73. ὀν τάξει χαλινόσῃ ὠφ, eſt, *ſeparatim coercere* vel *frænare*, (cui mox reſpondet vox ἐρεξῆς:) non quod ſomniavit Interpres, *in ordinem cogere & frænare*.

Pag.

Pag. 234. l. 23. τὸ ὃ ἀργὸν ἐκλύσει τῆς ΕΥΧΗΣ τὸ δραστήριον.] Quis ita loquatur, τὸ ἀργὸν τῆς εὐχῆς (nam ita poſtulat cohærentia; quod prius dixerat, τὸ ἀνενέργητον τῆς εὐχῆς:) ἐκλύσει τῆς εὐχῆς τὸ δραστήρ. quaſi dicat, *preces ignavæ*, (ſeu, *operis expertes*: apage illud *inefficaces* Interpretis:) *ſolvunt*, vel *tollunt precum vigorem*? Atqui ſolemne eſt ſcriptoribus antiquis in hoc argumento, ſtrenuam ſedulitatem, quæ Deos implorat ut fautores, non ut mancipes & ἐργολάβους; ignavæ eorum pietati opponere, qui modo ſint in precibus & votis aſſidui, Deos ſibi vel dormientibus confecturos quæ volunt, ſibi promittunt. Notiſsima inter alios præcipui Hiſtorici verba: *Non votis neque ſupplicüs muliebribus auxilia Deorum parantur. vigilando, agendo*, &c. *Ubi ſocordiæ tete, atque ignaviæ tradideris, nequicquam Deos implores*: &c. Quis igitur dubitet, quin ſcripſerit *Hierocles*, non τῆς εὐχῆς, (orationis,) ſed, τῆς ψυχῆς (animi,) τὸ δραστήριον, ſeu vigorem? Confirmant quæ ſequuntur: ſed iſta vel maxime; τοιαύτη ἡ τῆς σπουδῆς, καὶ τῆς εὐχῆς ἕνωσις: ubi σπουδὴ, ſeu *induſtria propria*, & εὐχὴ ſive *preces* iterum opponuntur.

Pag. 250. l. 19. καὶ τῆς ἀνεξαπαλήτου ἀτάτης ἴυγγ.] Crucem dicas, non Grammaticis, (quod *Virgilius* olim de ſuis griphis,) ſed lectoribus *Hierocli* figere voluiſſe, qui hujus lectionis (ſi conſcii tamen, & prudentes,) autores primi fuere. Quid enim monſtroſius his verbis? Nam ὀξυμάρεις quæ vocantur, ut δῶρα ἄδωρα, *periiſſem niſi per*. &c. nullus hic locus. Si quis ſententia contentus eſt, legat, me ſponſore, ἀνεξαπατ. ὄπισθε: quæ quidem ſententia ex aliis plurimis locis facillime confirmatur. Ita tamen hoc loco ſcripſiſſe *Hierocli*, minime ego præſtem. Remotior enim vide-

videtur vox ὑπσήμη. Fortaſſe ſcripſerat *Hierocles*, ἡ τῆς ἀνεξαπατ. ἀπαίτου ὑπσήμης: (vel ἕξεως, ut p. 146. περὶ ἧ τῆς ἀπαίτων ἀνεξαπατ. ἕξεως:) πυ ſχ. Poſtea cum caſu, qualia in omnibus libris non pauca, excidiſſet vox ὑπσήμης, & ſubſtantivo careret ſententia; quod proximum erat ab oſcitante lectore arreptum eſt, & de ἀπάντων, quod ſyntaxi repugnabat, vox ἀπάτης efficta eſt: nec parum fortaſſe ſibi videbatur ingenioſus, qui una, quod aiunt, fidelia duos parietes ita dealbarat.

Pag. 258. l. 16. αὐτοὶ ἑαυτοῦ ταῖς ἀμεριμνίαις τῆ παθῶν καθαπ.] Nemo non videt, qui aliquid Græce intelligit, quam contra mentem Scriptoris, & rei ipſius quotidiana omnium experientia teſtatiſsimæ veritatem, vox ἀμεριμνία hunc locum occupet: quod & *Latinus* Interpres ſatis vidit, qui quod ſententia requirebat, non quod edita verba præferebant, expreſsit. Et ad ſententiam quidem quod attinet, facile eſſet ex pag. 266. l. 7. τῆς ἀπειρίας τῆ π. & p. 198. l. 6. εἰς τὸ ἄπειρον τῆς ἐπιθυμίας: hic quoque, ταῖς ἀπειρίαις τῆ παθῶν, optimo ſenſu, reſtituere. Quia tamen ſi ſcripturam ſpectemus, non facile quis aſſequatur, qua ratione ex ἀπειρίαις, (ex uſitatis enim ſcribarum compendiis, ſæpe contingit ut longiores voces decurrentur; ut quæ breviores autem producantur, rarius eſt:) importunum illud ἀμεριμνίαις profluxerit; cum *Heſychius* ἀμέριμνα, πολλὰ interpretetur ex uſu *Laconico*; conjicio *Hierocletem* ἀμερικαίαις ſcripſiſſe: & hanc eum vocem ex trivio ſumpſiſſe, quales apud alios, philoſophos præcipue, qui de verbis non adeo ſolliciti, non paucæ; quamvis ab elegantioribus vitatæ. Μερμήριον alioquin, vocem probam, non ignoro: ſed & illam, ut à vulgata remotiorem, non hic probem. Amicus malebat, ἀμελείαις; quod

quod eo probabilius fuerit, ſi alibi ſæpius in hac re ab *Hierocle* uſurpatum fuerit. Quanquam ne ſic quidem conjecturæ meæ me pœniteat, quæ ut *Heſychio* præcipue nititur, ita & ipſius verba non parum illuſtrat.

Pag. 298. l. 6. &c. διδαχθήσῃ καὶ ὡς ἐν βρώμασι.] Totus hic locus, qui ſententias aliquot complectitur, ab interpunctione falſa mirifice laborat; ſed nec alioquin ab omni ſcripturæ vitio plane liber. Attendat lector peritus; non dubitabit reſcribere: διδαχθήσῃ· καὶ ὡς ἐν βρώμ. τοῦτο δὲ προσοισόμεθα· ὅτως ἐν τοῖς τῶ αὐγ. καθ. τὸ ἀπὸ τ. νοέμ. ἐπιπροσθώσωμεν. Ὁμοίως καὶ τὸ κ. μὴ ἐσθ. προηγυμ. μὲν εἰς τὴν τῶ θυμικῶ κατάστασιν μὴ ἴέναι λέγει· κατ' ἐπακολ. &c. Interpres autem *Lat.* non aliter quam una litura ſanandus: ſed in eo tamen maxime culpandus, quod τῆς γενέσεως ἀποχὴν, *ea venereæ abſtinentiam*, reddiderit. Deus bone! quenquam qui vel à limine philoſophos Græcos ſalutaverit, quid γένεσις in Ethicis ipſis ſit, ignorare potuiſſe? Sed excluſi tempore, iſta nunc non attingimus.

Pag. 305. l. 12. τῆς μαθηματ. πλείσων ὅπις. περιεχ.] Deeſt vox σῶμα, vel ὄνομα, vel tale quid, quod vel invenit in ſuo codice, vel ex ingenio ſupplevit Interpres. Et hæc quidem pro modulo temporis, hactenus.

FINIS.

COMPENDIUM

HIEROCLIS

DE

PROVIDENTIA, FATO,

Et eo quod noſtræ eſt poteſtatis:

Hugone Grotio Interprete.

PRopoſitum eſt huic libro ea exponere quæ de Providentia noſci poſſunt, ex *Platonis* & *Ariſtotelis* ſententia, his qui eos ſequuntur. Horum enim opinationes inter ſe conciliare laborat *Hierocles*, imo & affirmat eos qui hos Philoſophos inter ſe diſſentire arbitrantur, longe ab hujus & illius aberraſſe ſententia, longeque receſſiſſe à recta ratione: alios dum nimio & inſano contradicendi ſtudio non niſi ſemet conſulunt; alios adjuncta ad inſcitiam temeritate; quæ pars majorem gregem conſtituit, priuſquam *Ammonii* ſententia adfulgeret. Hic enim *Ammonius* cum veterum ſententias purgatas dediſſet, *Platonis* & *Ariſtotelis* in maximi momenti placitis concordem atque conſonantem oſtendit eſſe ſententiam. Ejus vero diſcipuli exſtitere, *Plotinus*, *Origenes*, *Porphyrius* & *Iamblichus*. Et hoc ipſum in hoc ſermone tractans *Hierocles*, quas iſti ſecuti ſunt ſententias plurimum roborat; Ingens vero & acre ſuſ-

cepit certamen adverſus tuentes contraria, *Epicureos* puta & *Stoicos*, atque alios qui *Platonis* quidem & *Ariſtotelis* prætendunt nomina, ſed prave exponunt quæ ab illis bene ſunt tradita: redarguit præterea *Genethliacos*, qui in natalis horæ obſervatione operam ponunt negotiorum, quorum *Hierocles* opinionem incertam eſſe dicit atque fallacem. Præcipue vero in illis refutandis verſatur, qui rerum omnium Providentiam tentarunt deſtruere, neſcio quibus commentis præſtigioſis & quæſtionum torturis. Et ut breviter comprehendam omnia, oppugnat omnes illas opinationes, per quas inducti homines imperiti, aut nullam eſſe Providentiam, aut pravam eſſe exiſtimant. Hæc igitur tractatio ex *Platonis* ponit ſententia, Deum hujus quæ conſpicitur materiæ opificem, quam ipſe de nihilo fecit exſiſtere, non autem è re aſia ante exſiſtente eduxit: quippe cum ſufficeret ei ad efficiendum, ut natura exſiſteret, ſua voluntas. Ita ex ſubſtantia corporea & efficientia incorporea inter ſe junctis, pulcherrimum hunc Mundum duplicem ſimul & unicum exſtitiſſe, in quo ſapientia Mundi fictrix ſumma à mediis, media ab imis ſecundum naturam cujuſque ſeparavit atque diſtinxit. In his prima ſunt quæ ratione ſunt prædita; cœleſtia, aeria, terreſtria. Tria hæc genera quaſi unum eſſent animans, aut unus chori concentus, inter ſe ita connexit, ut tamen naturalis eorum diſtinctio in illa compage mutuoque connexu pura minimeque confuſa ſervetur, præſintque præſtantiora inferioribus: omnibus vero Deum præeſſe Mundi artificem. Hujus, inquit, regis paternam appellationem obtinet Providentia, eſtque, & creditur ea eſſe quæ unicuique generi convenientia tribuit; Juſtitiam vero hujus Providentiæ ſociam ac comitem, Fatum appellat, quæ ſit juſtitiæ divinæ efficientia in iis, quæ ex Providentiæ decreto eveniunt,

niunt, res quæ hic agunt ordine quodam ac ſerie dirigens, ſicut voluntatum decreta dirigunt ea quæ ipſis videntur dirigenda. Sed melius hæc perſpicere poterit, qui Philoſophi ipſius commentarium evolvet. Sic igitur orditur diſputationem. Et cur hos, ait, enumerem, cum & *Platonici* quidam de ſummo rerum opifice Deo rectam ſanamque ſententiam non teneant. Neque enim in ipſo Deo ſatis eſſe cenſent virium, ut plene atq; perfecte per potentiam ſuam & ſapientiam cuncta ab æterno efficientem, Mundum hunc in ſtatu ſuo conſervare poſſit. Sed ope materiæ genitæ, & ſic natura extra ſe exſiſtente, ſed ipſi ſubjecta utentem id præſtare poſſe; ideo quod omnia poteſtate quadã in materia prius ſint poſita, quæ Deus, quaſi penicillo digerat ordinetque, & ſeparet ab ea figura quæ inerat materiæ; quod ipſum magis oſtenderet laboris quandam in Deo redundantiam, quam ejus bonitatem. Cur enim quæ ipſe non conſtituit, regere & ordinare aggreditur? Nam quod indigeſtum erat in illa natura, idipſum ortus expers, ut volunt, erit. Quod vero nullam originem habuit, & per ſe ſubſiſtit, id quod aliunde ſumit, ſumit id præter naturam: atqui id quod præter naturam fit, malum eſt, & ad exitium tendit. Quare non erit ipſi materiæ bonum accipere ordinem & ornatum, cum ipſa nullum habuerit ortus principium, non tantum temporis ratione, ſed & cauſæ. Quo ſenſu etiam Deum eſſe dicimus ſine originis principio. Sed ne Deus quidem ipſe ſic abſolvi poterit, ne malorum ſit cauſa, cum opificii ſui initium à malitia duxerit, quippe cogens præter naturam diſponere ſubſtantiam ſibi coæternam atque ingenitam, ſororem ſuam quam caſus aliquis ad ipſum adduxerat; neque eam ſinens eo in ſtatu in quo ab omni æternitate fuerat, ut alium teneret, quem ſervare non poſſet; imo ſibi ſubmitteret rem paris honoris,

ris, & æqualis æternitatis, ut in eam ab æterno obtineret dominatum. Aut ſi non ab æterno, ſed in tempore id aggreſſus eſt, non minꝰ hoc ipſum caret ratione, quod cum nihil neceſſarium deeſſet materiæ, ipſe tamen ab aliquo tempore accurate eam pingere cœperit, ac ſic non manſerit ipſe in quo erat affectu atque propoſito. Nam ſi melius fuit non eam ſtruere atque ordinare, cur ad ſtruendum ſe contulit? Sin melius fuit eam exſtruere, cur non ab omni æternitate id fecit? Niſi dicamus potuiſſe eum quidem per naturam partibus originem tribuere & adferre interitum, ſed non id habuiſſe valentiæ ut æterna cuderet: quia ſcilicet materiæ, quam utendam habet, talis eſt vilitas, ut adverſus ordinem illum extrinſecus adſcitum recalcitret, ut eum excutiat, & ſic redeat, ut forte aliquis dixerit, ad ſtatum ſuum ſine ordine eumque non genitum: inde fieri ut per partes & per tempora, modo id quod excultum eſt, modo id quod confuſum turbidumque eſt præpolleat; vel ut exactius loquamur, vigeat ſemper indecora quædam ornatus egeſtas, cum & ornatus ipſe, ſiquidem diſpoſitio ſit atque pictura præter naturam, æque æſtimanti ea ipſa res turbulenta videbitur. Illa enim ſecundum naturam, ſimulque ſecundum ſubſtantiam dicuntur operari, quæ permanent conſtanter & ſine mutatione in ſui ſubſtantia, facultate & actione, neque ullam ſui partē divellunt, aut propellunt ut ſubſiſtere faciant res procreatas, ſed pro ratione tantū ejus quod ſunt, producunt primas & poſthumas de ſe ſoboles. His conſequens eſt, Deū nō ad uſū ſuū adhibuiſſe materiā, neq; efficere ab aliquo temporis initio aut in tempore, neq; ad certū tempus deſinere, neq; id quod fit eſſe extra operationem opificis. Hæc enim omnia conſequētia ſunt ejus effectionis quæ caſu aut fortuito fit, ut obſervare eſt in archite-

cto

cto ac multis ſimilibus. At vero Providentia & ordo ab ipſo Mundi parente ac opifice Deo in commune ad omnia immortalia genera pertingit, potiſſimum vero ad prima illa quæ continenter proximeque ab ipſo originem ducunt, & deinceps ad ea quæ ſuo ordine ſequuntur, fruunturque dulciſſimo paſtu rerum quæ non niſi intellectu percipiuntur. Cum enim tria ſint eorum quæ ſunt in Mundo, quæque intelligentiam movent, genera, ſummum horum generum, quodque primum ab opifice Deo productum eſt, hoc eſt, quod ſine ulla ſui commutatione atque converſione participat Dei ſimilitudinem,& in recto ordine deiformi conſiſtit: quale eſſe diximus cœleſtium genus. Alterum ab hoc locum obtinet, id quod ſecundo & remiſſiori modo divinum ſtatum admittit, non quidem ſine immutatione ſui & partitione, ſed tamen ſine peccati vitiique labe paternis legibus obtemperans: quam ſortem adſignamus attribuimuſque aeriis. Tertium vero & ultimum ex divinis genus, non aliquatenus tantum à cœleſtium eminentia decidit, ſed etiam ordinis illius aerii dignitate eſt inferius. Nam Deum ſemper intelligere & inſeparabilem ejus tenere notitiam, cœleſtibus congruit. At eum ſemper quidem intelligentia percipere, ſed fuſa quadam vagaque notitia, hoc eſt quod aeriis ſuapte natura ineſt. Jam vero neque ſemper Deum intelligere, ſed & intelligentia frui partim diviſa atque interrupta, humanis mentibus proprio quodam jure conceſſum eſt. Jacent enim ſuapte natura, non tantum infra cœleſtium intelligentiã, ſed & infra eam quæ eſt in aeriis cognitionem, quæ ſui ordinis vi completur atque perficitur. At humanæ mentes neque continenter neque perpetuo intelligunt, & cum ad intelligendi vim perveniunt, aeriam æmulantur cognitionem, & eam conſecutæ, earum rerum quæ ſub intelligentiam cadunt fruuntur

contemplatione. Hoc modo ejus divinæ Providentiæ, quæ circa nos verſatur, diſcrimen ſic explicat in legibus; Deus quidem omnia, ſed & cum Deo Fortuna & occaſio res omnes gubernant. Ex quibus perſpicuum eſt *Platonem* circa eas naturas quæ imperturbatæ & uſquequaque perfectæ, ac proinde peccati expertes ſunt, puram, ſimplicem & uniformem conſtituere Dei Providentiam: circa alias vero ratione utentes, ſed inſcitiæ & ignorantiæ nonnunquam obnoxias, ac propterea vitio obſitas, permixtam occaſionibus atque fortunis Providentiam tribuere. Nam antecedens bonorum largitio, ut eorum quæ natura inſunt conſervatio, opus proprium eſt Providentiæ puræ: at directio & emendatio eorum quæ præter naturam ſunt conſtituta, & delictorũ caſtigationes, ejus ſunt Providentiæ quæ materiæ fæci inhæret, quæque Fortunæ & occaſionibus famulatur. Neque enim divinum Judicium antecedenter ac principaliter his adverſa infligit & calamitates, aliis præbet voluptates & oblectamenta, ſed pro modo ac meritis vitæ anteactæ. Habet enim eorum qui nobis præſunt Judicum judicatio nonnihil ſimile cum arte medica. Nam ea ars poſtquam curandos ſuſcepit eos qui ſua culpa in morbum inciderunt, cuncta quæ oportet ipſis præcipit pro tempore & occaſione, ita ut ægrotantis valetudo poſtulat. Ob eandem cauſam æſtimatio eorum de quibus judicia exercentur, cum alio tempore alia ſit, & liberis motibus fortunas faciat varias, commiſcet illam quæ circa nos verſatur Providentiam. Ordo vero ſingulis conveniens adfert ſupplicii & purgationis tempora. Connexis vero junctiſque Fortuna & occaſione ſimul cum divina Providentia, hic nexus Fatum eſt, quod ex humano quidem delectu fortunam adſumpſit, ex divino vero judicio adfert occaſionem. Artis quippe eſt definire curationis modos; hominis

vero

vero eos aptare cuique & accommodare, prout opus habeat inciſione aut aduſtione, aut alia quavis dura atq; aſpera ſanatione. Non ergo fruſtra leges ſtatutæ ſunt hominibus, neque ſine cauſa ratiocinandi facultas conceſſa eſt, neque ſupervacua ſunt deliberatio & conſultatio, neque vota & preces ſunt irrita, dum Providentia res humanas gubernat, per legem & Juſtitiam voluntati & delectui cuiuſque mercedem conſtituens & reddens. Neque vero ſi hæc quæ diximus neceſſaria, pulchra & ſalutaria creduntur, ideo Fati quod Providentiæ adjunctum eſt ordo tollitur, qui liberam noſtram voluntatem & arbitratum inſtruit iis additamentis quæ in noſtra non ſunt poteſtate. Quin tantum abeſt ut horum alterũ alteri pernitiem adferat, ut præſtant inter ſe mutuas operas. Nam ſtante Providentia, neceſſe eſt ut nobis rationum examina & leges & preces multum opis adjumentique adferant: Sublata vero eadem, illa alia non tantum inutilia nobis erunt, ſed nec ab initio exſtitiſſent. Quare libertas voluntatis noſtræ Providentiam infert, & Providentia voluntatis arbitriique libertatem. Noſtra ſcilicet voluntas atque delectus juſtum oſtendit eſſe fatum: Fatum vero corroborat liberas voluntatis noſtræ motiones. Quam ſi puram exactamque Deo obtulerimus, tum legibus parentes, tum utentes precibus, ac plurimi facientes in conſultando prudentiam, ſumma adipiſcemur bona. Sin hæc omiſerimus, aut fecerimus contraria, dolores ferendi erunt medici ac ſalutares, pœnarum ſcilicet iſtis culpis indictarum, & diſcendum poſterius quod ante diſci gerique debuit. Ut vero pulchre & egregie ſimus affecti poſtquam à malis inſtitutis purgati ſumus, ad ea multum adferunt adminiculi lex, conſilium, & alia ejuſmodi quæ intellectum noſtrum ducunt in ordinem & concentum divini affectus. Non ergo his datis eripitur humanis ani-

mis volendi libertas. Nam ſi abſque ea eſſet libertate, quinam rectum eſſet diſtribuere cuique ea quæ meritis ejus reſpondent, quibuſque dignus eſſe creditur? Nam ad virtutem vitiumque Fatum Providentiæ adnexum libera noſtra & ſponte ſuſcepta motione indiget. Neq; enim juſta eſſe poſſet diſtributio illa inæqualis, niſi pro cauſa & ratione ſibi ſumeret volendi jus liberum. Ideo enim & à natura præſcriptum cuique tempus eſt, quouſque vires in ſe & valentiam habe ad durandum poſſit: qua fatali ſumma confecta providere ultra nequeat. Quod vero non omnes ad conceſsum illud tempus perveniunt, id fit per incurſus externos & violentos, quales circa nos quidem Providentiam teſtantur, circa bruta vero animantia temere ac caſu eveniunt. Neque enim neceſse videtur ut in hominum genere, ita in expertibus rationis animantibus ordinem quendam circa mortem ex animæ dignitate ſervari: quia non illæ ſimili quo noſtræ animæ modo in vitam veniunt. Nam judicio bonorum Geniorum pro meritis anteactæ vitæ unuſquiſque noſtrum vitæ ſortitur genus, in quo comprehenduntur hæc ſimul omnia, gens, civitas, parens uterque, conceptio in commodum tempus, corpus ejuſmodi, fortunarum converſiones variæ atque multiplices vitæ congruentes, mortis modus, & ad id præſcriptæ conſtitutæque occaſiones. Horum omnium autor idemque cuſtos eſt Genius qui cuique contigit: quorum omnium nulla pars eſt quæ cerni poſſet mutis animantibus communicata. Nam quæ naturæ ratione utenti conveniunt qua talis eſt, ea aliena ſunt à natura rationis experte. Neque vero æquum eſſet pari Providentia honorari atque conſervari ea quæ ratione utuntur, & ea quæ rationis uſu carent. Nam quod ratione & intellectu deſtituitur, id Dei, quem ſola mente comprehendere licet, imago non eſt. Omnis enim Dei

imago

imago ratione eſt prædita, & mentis particeps, ut cognoſcere valeat & ſe, & opificem ſuum. Pecudes vero eam ſortitæ ſunt Providentiam, cujus beneficio ſpecies eorum & genera conſervantur. Nos vero cura noſtræ ſpeciei conveniente non honorabimur, niſi etiam ſingulis ſit proſpectum; ita ut nihil ſit incongruum atque inconcinnum in ea Providentia quæ ad nos ſpectat. Decet enim eos qui à parente & fictore Deo ad præſcriptum præfinitumque tempus debent ſubſiſtere, ſeparatim quemque divina Providentia curari. Non enim Deus unam tantum animam fabricavit, cujus partem quiſque noſtrum, ita ut ſors tulit, obtineat, quæ in illud totum poſtea refundatur; ſed ſingulos hominum animos ſuis comprehenſos finibus conſtituit atque ſtabilivit. Et ideo ſingulis adeſt Providentia, Judicium, Juſtitia, purgatio, ortus adſignatio, ſors conveniens vitæ, & interitus non caſu neque fortuito procedens, & poſt obitum profectio ad Orci loca, duce bono illo Genio qui vitæ noſtræ moderator eſt additus. Ac aliorum quidem animantium ſingulis voluntates noſtræ, & inter ipſas mutuæ interemptionis ac devorationis cauſæ neceſſariæ, tum vero omnis generis caſus eventuſque varii, perniciem mortemque adferunt, ante diſſolutionem ex natura venientem, nulla aut ordinis aut temporis habita ratione; quippe cum nulla proſit ipſis Juſtitia, quæ antactæ vitæ rationem exigat; ne ipſa quidem natura attendente cur hoc aut illud nunc faciant aut patiantur. In hominibus vero Providentiæ vincula, & bonorum Geniorum judicium, vitæ genera & ſortes, & veterum culparum expiationes, & alia hujuſmodi definiunt cuique occaſiones modoſque interitus: ita ut tam ea quæ ex voluntate ac delectu aguntur, quam ea quæ temere & caſu videntur evenire, colligata ſint cum fato cujuſque, & dignitati ejus ac merito id quod reſpondet provocent. Ita præterita

rita conſequentibus nexus cauſam præbent, & libertas voluntatis ea allicit quæ in poteſtate noſtra non ſunt, humanaque ſtudia & voluntates fati legibus dirigantur, quas ipſis animis ſancivit ſummus opifex. Eorum vero quæ hic gerimus rationem reddere debemus iis qui mediam ſortem nacti ſunt, quique cuſtodes ac moderatores ac præfecti noſtri ſunt. Horum omnium circa nos operatio atque efficientia Fatum appellatur, quod per Iuſtitiæ leges res noſtras regit atque adminiſtrat. Qui cum cuſtodes ſint vitæ pro merito ac dignitate cuique adſignatæ atque definitæ, etiam hoc habent munus, ut vitæ, quam quiſque ſortitus eſt, tempus & compleant & abſolvant. Cum enim præſcriptus ſit ortus, etiam mortem præſcriptam eſſe neceſſe eſt. At ſicut Fatum ablegationis è locis ſuperis, (divina ſcilicet voluntas & divinæ Iuſtitiæ leges) præſcribit originis principium, ita Fatum migrationis de loco in locum mortis ſtatuta ſervat: ita ut definitum ſit per illa in hanc vitam venire, per hæc inde diſcedere. Nam ſi indefinita eſſent illa, vita quoque omnis indefinita eſſet, neque ſublimiori præſidatui ſuppoſita. Ubi vero præterierit divini Iudicii & diſtributionis pro cujuſque dignitate cura, ſi quæ corpus & res externas ſpectant temere nobis ea evenient? Imo ne hæc quidem relinquemus inordinata. Sed juſtitiæ vero propoſitum & judicationes atque appetitiones à valentiore neceſſitate nobis ingigni adſeverabimus. Nam ſic virtutis & vitii cauſas non nobis ipſis, ſed illi tribueremus neceſſitati. Neque profecto rationi foret congruum omnia ad neceſſitatem referre, tum quæ ad animum, tum quæ ad corpus, & res externas pertinent: neque contra, omnia æquum fuerit permitti temerariis & fortuitis motionibus, cum mens omnium gubernatrix & Deus univerſorum autor & cauſa ſit. Quare admittendum eſt id quod

quod relinquitur, ſtudia & voluntates in noſtra eſſe poteſtate, & juſtas vices atque repenſationes voluntatum pendere ab aeriis & à Deo conſtitutis judicibus, qui ſuapte natura noſtri curam atque proviſum habent. Nam cum tria ſint quæ circa nos fingi poſſunt, aut omnia neceſſitate conſtringi, aut nihil fieri neceſſario, aut modo nos ea conſtringi, modo non conſtringi abſque ulla ratione, hæc tria æque abſurda ſunt, & Providentiam de medio tollunt. At vero poſitio ejus quod eſt ſecundum merita & Providentiam inducit & Fatum ab ea pendens, & adnexum Providentiæ Iudicium, quod res humanas Iuſtitia & lege moderatur, egetque libero noſtro arbitratu, & volendi conſultandique principio. Quare Fatum conſtituendum eſt pars totius Providentiæ, quæ humanis animis ad Iudicii morem reſpondeat. Humanorum autem animorum propria operatio eſt voluntas ſemetipſam movens, & id quod in noſtra poteſtate eſſe dicitur. Atque hæc ratio ſola probabilior reddi poteſt, cur divini Iudices non æqualia omnibus diſtribuant. Quod vero fortuitum dicitur, id omne attribuendum eſt illis generibus quæ & mortalia ſunt & ſimul rationis expertia. Non enim ſingulatim in re unaquaque pro meritis & rationis æſtimatione iſta fiunt, puta ut hoc igne exſtructo oriatur aer, aere hoc denſato aqua: neque ut ex his ſegetibus equi caniſve alatur fiatque corpus, ex aliis aliud: verum hæc omnia ex ingruentibus mutationibus oriri ſatis eſt propter communem materiæ, & facilem ad omnia ſibi concilianda naturam, quæ hactenus partem habet in ordine ac divina neceſſitate, ut rerum genera omnia conſerventur, ſimulque ad æternitatem perpetua quadam ſucceſſione conſpirent, atque concurrant cum cauſis à quibus pendent, & unde originem ſuam trahunt. Non enim eorum quicquam diſceſſu à ſupernis locis facto huc devenit ut ob

id

